



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtili Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**




K

Th. 2365.


I

14












Collegii Societas Jesu traditor  
 Doreo p Klapp. 1897





*Reverendissimo in Christo Patri*

*Magistro,*

HIPPOLYTO MONTIO,

FINALIENSI,

Totius Ordinis Eremitarum

S.P. AVGVSTINI

PRIORI GENERALI

dignissimo.

**I***ngressus nuper auctori-  
tate Tuâ, REVEREN-  
DISSIME PATER,  
in EREMVM nostram, ut lustra-  
rem, quæ ferarum olim lustra, il-  
lustrum deinde Anachoretarum  
sancta latibula fuerant; in publi-  
cam inde lucem protraxi AVGV-  
STINIANOS EREMITAS ali-  
quam-multos, Viros clarissimos:  
eduxi Beatas aliquot Virgines; &  
nunc indidem emitto Divorum*

[.:] 2      no-

novam decadem ; eosq̄ REVE-  
RENDISSIMÆ PATERNI-  
TATI TVÆ libens meritò con-  
secratum eo. Ad quem enim po-  
tius irent Religionis nostræ Mem-  
bra , quàm ad supremum Caput,  
cui naturali quadam compagine  
arctè uniuntur? Ad quem ego cum  
illis justius, quàm ad TE, quò tra-  
bit me non modò commune cum  
aliis religioſæ observantiæ vincu-  
lum , sed impellit etiam privatus  
affectus , tam multis , magnisq̄  
beneficiis excitatus auctusq̄ , ut  
non eum aliquo symbolo publicè  
testari , ingratiitudinis noxa esse  
possit, nota re verà sit. Quid enim  
nuper ego non accepi à TVA libe-  
ralissimâ , ne dicam prodigâ, ma-  
nu? tantum meherclè , quantum  
nemo alius petere ausit, ego ne qui-  
dens

dem desiderare. Tantum, inquam,  
quantum conferre summa Tua au-  
toritas potest. In ruborem dedi-  
sti me non solum illo tempore, qu-  
TE totum prolixâ humanitate  
quasi in me effundebas; sed etiam-  
num, quoties recurrit præteriti  
memoria, suffundor pudore, &  
frustrâ quæro, quo demum modo  
tam eximie atque omnino inusi-  
tate benevolentie respondeam.  
Quod ergo opis meæ non est, ut  
DIVI hi luculentè faxint, voveo:  
& simul animum TIBI in longo  
molesti itineris fastidio recreent;  
exempla denique sint, quæ Fratri-  
bus Tuis, quos Visitas, possis ad  
æmulationem objicere. Non quòd  
hisce exemplis indigeas, qui Tute  
satis clarum aliis exemplum es ad  
imitationem omnibus propositus,

[∴] 3      quan-

quando conspirantibus omnium  
suffragiis PRÆPOSITVS: sed  
quia eorum, qui ex nostro contu-  
bernio in Calum recepti sunt, vir-  
tutes jam premiata, facilius eunt  
in imitationem, penitiùs influunt,  
& stimulos quosdam acriores ad-  
dunt pigritantibus ad sequendum.  
Quos TV denique PATER RE-  
VERENDISSIME fortiùs tra-  
hes in sequelam, quando TE quo-  
que non impari gradu illuc vident  
contendere, quò Fratres suos antè  
generosè ivisse legent. Et verò  
ego quoque stimulari me non le-  
viter sentiam ad DIVOS alios  
perscribendum, si hos benignà à  
TE manu recipi, & Fratri-  
bus omnibus commendari videro.  
Vale REVERENDISSIME  
PATER, & vastam EREMVM

nostram sedulo Visitando, ceu al-  
ter Hercules à feris monstrisq; be-  
ne purgatam redde. Antverpiæ,  
pridie Virginis Deiparæ in Cælos  
Assumptæ ∞ 100. XXXVII.

Rev.<sup>me</sup> P. T.

devotus,

I. CORNELIUS CURTIUS.



*S. Nicolaus de Tolentino, Ord. S. Augustini.*

*Theod. van Merlen sculp.*

*Ioan. Cnabbaert excud.*

I

# S. NICOLAI TOLENTINATIS

*Ex Ord. Erem. S. Augustini,*

## V I T A.



N Piceno, *Castro S. Angeli*, hic Angelus natus est. Quidni eum appellem hoc nomine, qui Angelis quàm hominibus propiorem vitam egerit? Et ànne aliam potuisset parentum precibus filius cælo extortus?

I.  
Patria S.  
Nicolai.

*Compagnus & Amata*, infigne par conjugum, in re neque arctâ admodum neque lautâ nimum, sacra socialis thalami fœdera bellè ac pudicè servaverant, convixerantque in multam ætatem sine hærede; quem tamen hæc (ut impotens ferè hujus sexûs cupido est) desiderabat, si qua mulier maximè. Precibus ergo & fletu ubere sterilitatis suæ querelas apud Numen instituunt, deinde cum cælo paciscuntur, si voto po-

2.  
Parentes  
steriles

A tian-



eum à  
caelo ro-  
gant, &  
impe-  
trant.

riantur, sobolem quam daret, red-  
dituros se, cui deberent, bonâ fide,  
& Deo æternum emancipaturos.  
Annûere Divi. In somnis visus eis  
adstare multâ luce circumfusus  
Angelus, qui utrumque vigilare ju-  
bet, penulam sumere, peregrinari in  
Apuliam, & D. Nicolao Bariï vo-  
tum nuncupare. Ibi spem prolis ac-  
cepturos, auditurosque qualis &  
quantus futurus sit ille tam serus  
partus. Excitati tam grato oraculo  
& ille & ista, simulque gaudiorum  
quasi imbre quodam perfusi, primo  
mane iter jungere, & parili gradu  
Barium contendere. Simul eò per-  
venere, primò omnium, D. Nico-  
lai tumultum salutare; tum eunt, vo-  
taque sua & munera offerunt. In  
genua provoluti, dum effusis uber-  
tim lacrymis Præsulem sibi conci-  
liare impensè nituntur, leniter (et  
difficili itinere lassè erant) in som-  
num blandum uterque solvuntur.  
& ecce vident in quiete D. Nico-  
laum Pontificiâ majestate veneran-  
dum ad se accedere, hilarique & se-  
renâ fronte compellare; Bono ani-

mo

S. NICOLAI TOLENT. 3

mo ut sint, ratas apud Deum esse il-  
lorum preces, nasciturum ex eis fi-  
lium cælo auctorandum, qui san-  
ctitatis magnis per orbem prodi-  
giis aliquando illustris cælitum tan-  
dem numerum aucturus sit: cura-  
rent proinde puerulum ad omnem  
pietatem sedulò informare. Jucun-  
dissimo eo spectaculo mirificè ex-  
hilarati, Pontificem tam propitium  
religiosè venerantur, lætiq̃ue do-  
mum suam repetunt. Amata paul-  
lò post gravem uterum portare vi-  
sa, nono deinde mense, quem tot  
votis ambiverat, filium enixa est,  
tinctumq̃ue salutaribus undis à Pa-  
trono NICOLAVM dixit.

Diceres Nicolao Episcopo ge-  
minum esse, ita jam inde ab infan-  
tiâ ejus omnia vestigia cœpit infi-  
stere. Ille feriis IV. & VI. lac nutri-  
cis tantum semel idq̃ue noctu bi-  
bit, quam jejunii consuetudinem  
deinde per omnem vitam sacrosan-  
ctam habuit: at hic noster à puero  
septenni solenne habuit, cum illis  
secundâ quoque feriâ nihil præter  
cibarium panem & fontanam in vi-

A 2 etum

3.  
D. NI-  
COLAI  
pueritia.

III  
36 c

ctum admittere. Videres jam tum, contrà quàm ea ætas amat, averfari eum ludicra omnia, feriis studiis fe totum addicere, & in cælum animo collimare. Summa ei voluptas erat ad ædem facram itare, & divinis ibi officiis assistere; ad qua invitabatur etiam divinitus ostento nobili & in paucis memorando

Fortè sacerdoti facienti adftabat cum parentibus puerulus, & castiffimas ad Deum preces fundebat &, ecce, dum in altum tollitur sancta adoranda hostia, videt NICOLAUS non jam panis nubem, qualia nobis videri solet, sed augustæ speciei, & radiis solaribus vestitum puerum IESUM, blando sibi ore aridentem, & auribus leniter insurrantem fidei quædam arcanamysteria. Hoc fuit prodigiorum divinorum præmium: quæ deinceps plurima contemplari sæpè habuit ut talibus deliciis nunquam non circumflueret.

5.  
Videtur Clericus & Canonicus.

Natu adultior ingenium bonis artibus excoluit, adeoque pietatis doctrinam optimo connubio sociavit.

S. NICOLAI TOLENT. 5

ciavit. In Collegium Canonicorum S. Salvatoris cooptatus, & opulento fatis sacerdotio initiatus, ad magnas opes & honores gradum sibi struere poterat, nisi jam didicisset in Christi scholâ omnia terræ despiciere, & unum cælum ambire. Itaque è mundo egredi omninò statuit, & monasterii se septis includere.

Pèrmoverunt eum maximè illa D. Joannis Apostoli verba : *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt*; quibus divini verbi præco non indisertus, cœnobii quod in *castro S. Angeli* Eremitæ Augustiniani habebant, Præfectus, omnes ad mundi contemptum facundo cumprimis ore adhortabatur. N **6.** Augustinianum habitum induit. **COLAVS** enim, quasi sibi id uni diceretur, statim à concione adit Ecclesiasten, & in sacram ejus familiam adscribi verbis infimis rogat. Et quia non tantùm non remoram, quam alii hodie solent, parentes posuère, ut etiam filio sibi que plauderent, nigrum sumens cucillum pro pileo, inter discipulos Magni

A 3

A.v.

36 c

AVGVSTINI adlectus est. Ibi, quàm mundum mundi que omnia odisset, facile probavit.

7.  
Ejus mira  
abstinen-  
tia.

Inter primas curas habuit rebellem spiritui carnem subigere, & luctantem quibusdam veluti lupatis vitæ austeritate validè frenare. Tribus diebus, quos jejunio puer sacrauerat, etiam illum adjunxit quem VIRGINI-MATRI dicamus, quibus sitim undâ, solo modici panis crustulo famem irritabat potius, quàm extinguebat. Aliis, herbas oleraq; adhibuit, sed incondita omnia, & ut erant à matre nata, in aquâ virgine cocta. A vino & carne abstinuit, veluti à duabus castimonix virginalis capitalibus pestibus: nisi quòd illo aquam aliquando temperaret. Pisces non gustavit unquam. Ovis, lacticiniis, oleo nunquã quoad vixit, usus est. Porro tam duriter corpus habitum abjecit ad quietem longè durius. Cubile, ut plurimum terra, cervical non nisi rude saxum erat: cui invigilasse potius quàm indormisse tam multis jejuniis exhaustum corpuscu-

pusculum crede. Indumentum ex panno vilissimo, & subdititium alterum cilicium fetis horridum.

8. Et corporis afflictio.

Cingulum ex annulis crassis, ferreis; quo lumbos nudos pressim catenabat. Ad has corporis afflictiones adjecit flagrum asperum, quo pœnas quotidie à scapulis suis exposcebat. Cujus loco non raro ferreâ catenâ ita carnem concidit, ut vix artus hærerent, cum formâ viribus omnibus defluentibus.

Inter hæc generosa corporis exercitamina, non desit tamen studiis sacris incumbere, semper nudis in terram flexis genibus, irreflexis oculis in Crucifixum. Cumque delassatum longâ geniculatione corpus diutiùs sustentare non posset, cubito utroque nudo aliis duobus faxis, quæ in usum hunc asservabat, innitebatur. Præter Canonicum, sanctæ quoque Crucis (quæ in deliciis illi erat) officium quotidie recitabat. Orandi nullum finem faciebat. Perstabat in æde sacrâ à Matutinis precibus ad Vespertinas; ab his ad ultimas usque. In commen-

9. Orandi studium.

A 4 tandâ

36 c

IO.  
Linguae  
continen-  
tia.

II.  
Animi  
demisso.

tandâ Christi passione totas noctes  
pius vigil transcripsit. Ad otiosa  
colloquia mutus adfuit. at verò si  
quando de cælesti gloriâ, Dei pro-  
ximiq̄ue amore, misericordiæ ope-  
ribus, mundi contemptu sermo in-  
cidisset, tunc non loqui NICO-  
LAVM, sed Æt nam quandam flam-  
mas eructare diceres, suo statim  
æstu absumendam. Ingenium, quod  
illi præstantissimum Divi dederant,  
ipse deinde insigniter excoluerat,  
pro concione ad populum maximè  
exercuit, dixitq̄ue graviter in om-  
nia scelera; à quibus gemitu & la-  
crymis, sed vitæ inprimis exemplo,  
ad virtutem plurimos revocavit.  
Pauperibus piè benignus, ægris im-  
pendiò obsequiosus, omnia omni-  
bus erat. Immò nihil omnibus: nam  
infra omnes se abjicere solitus, in-  
volabat in omnia vilissima ministe-  
ria, ut mediastinis ipsis operam  
suam locaret, ligna foco struendo,  
abluendis lancibus aquam com-  
portaret. Nemo libentius stipem  
ostiatim rogavit; sed neque quis-  
quam rogatoribus dedit liberalius.

Por-

Porro in manticam ejus conjiciebant omnes aliquid, de suo quantumvis paupere penu: ut in lucro etiam multi deputarent, viro tam sancto quiddam impertire potuisse.

At verò non se deseruit hinc generis humani juratus hostis: sed ingeniosam sutelam texuit, quã rem omnem statim & facillè conficeret, atque minùs cautum hunc tironem ab incepto tam sancto dimoveret.

Subornat quendam ejus cognatum, monasterii opulenti, quod propè ab urbe Firmanã tutelam habet *sanctam MARIAM*, cognomento *Iacobi*, Præsidem: qui pro adfectu sanguinis condolere adolescenti, pro eminentiã religionis consulere etiam auderet, utrumque cum auctoritate. Ut ergo sub oculos ejus venit NICOLAVS; Quid hoc? ait. Ten' an umbram tuam teneo, ô sanguis meus, jam totus ex sanguis? Qui tibi venit in mentem, amabo te, vitam inter ista hominum mendicabula eligere, & inediã insomniisque corpusculum tenellum ante tempus occidere? Mitiùs in ata-

A 5 rem

Y2.  
Diabolus  
ei per co-  
gnatum  
religio-  
sum vi-  
rum infi-  
diatur.



tem istam floridam consule, quam potius ad nos transfer, ubi ad vitam lautam, religiosam tamen, abundè omnia suppetunt, ut non debeas precariò ex emendicatâ stipe vivere, id est, diu mori. Quid ad hæc NICOLAVS? nullum omnino verbum. Sed, quia verebatur ab infernali incude venire hoc fulgetrum, extemplò in templum se confert, & cruci affusus, cælo se commendat: è quo videt illicò cælestes plenis agminibus Genios delabi, qui in geminos divisi choros, musicis modulis turbatum illi animum serenerent, suaviter & distinctim in hæc verba melos planè angelicum pangentes. *Tolentini, Tolentini, Tolentini erit finis tuus. In eâ vocatione, quâ vocatus es, permaneas: in eâ namque erit salus tua.* Attulit ea symphonia NICOLAO cum solatio inusitatum gaudium, scrupulisque omnibus absolvit: qui illicò suum illum malè conciliatum consiliarium deseruit, rediitque alacris ad pauperem suam cellam, & veterem austerioris vitæ rigorem.

13.  
Cælesti  
viso ani-  
matur.

Postil-

Postillâ in alium aliumque locum Superiorum mandato ablegatus, tandem sacerdos ab Antistite Auximano inauguratur. Mactus tantâ dignitate, vix credi potest, quanto opere piorum Manibus, quos ignes piaculares cruciarent, suffragari studuerit. Certè pretium operæ non exiguum fecisse, illæ ipsæ animæ testes palàm gratulatæ sunt.

I 4.  
Sacerdotio initiat.

Degebat non procul à Pisauro in Eremo, quam *Vallimamentem* vulgò dicunt: ubi nocte præcedente Dominicam illam, quâ juxta morem in cœnobia receptum, hebdomadarii sacerdotii munus inchoare jubebatur, audivit ejulatum cujusdâ, miserandum exclamantis; NICOLAE frater respice in me. NICOLAO autem aures arrigenti, & erigenti oculos; demùm, quis, quid se vellet, roganti, reddidit ille. *Ego sum anima Fratris Peregrini Auximensis, quem in vivis probè novisti, cruciorq; in hâc flammâ. Purgatoriis enim pœnis misericorditer à Deo deputatus, qui aternas merueram, tuis sanè*

I 5.  
Piacularibus flammis addictæ animæ eû sibi apud Deum patronum expetunt.

precibus ac Missæ sacrificio liberari poterò, si tu hoc charitatis officium præstare volueris. Cui NICOLAUS: Adjuvet te Salvator meus, cujus sanguine redemptus es. Ego enim qui ad summum sacrificium solenniter faciendum hoc præsertim Dominico die, cujus officium mutare non licet, deputatus sum, Missam pro defunctis celebrare non possum. Tum ille; Veni, inquit, venerande Pater, & vide; num te deceat precibus tantæ tamq̃ miseræ multitudinis à quâ missus sum, assensum negare, meq̃ miserum tam inhumaniter repellere. Et jam ad alteram eremi partem manu eum ducens, jubet in subjectam vallem despicere, atque fumantes ignium purgantium fornaces oculis suis arbitrari. Vidit porrò NICOLAUS confusam illic omnis ætatis & ordinis innumeram multitudinē supplices manus tendere, & patrocinium ejus apud Deum piis lacrymis implorare. Somno tam molesto solutus vir Dei, reliquum noctis quod superabat, expiandis Manibus inter preces gemitusque transcripsit: die verò luce-

lucescente ad Priorem adiit, eique de visis quidem ignibus nihil, (ne gloriolæ vanæ fumus aliquis inde surgeret) sed animarum in purgatorio luentium vota insinuat, rogatque demisso animo, ut sibi liceat hebdomadam illam pro defunctis facere. Cœnobiarcha quâ

16.

Earum multò maximam partem à suppliciis absolvit.

erat erga mortuos pietate, non gravatè annuit, & qui sacerdotem eâ septimanâ ageret, succedaneum alterum nominavit. NICOLAVS ergo ad aram pro illis, quos piaculares flammæ habebant, quot diebus operatus est; quot noctibus preces fudit cum lacrymarum tam denso imbri, ut totum pænè suppliciorum purgantium ignem extinxerit. Certè Fratris Peregrini anima, omnium aliarum, quæ ex inferno carcere ad cælum ascenderant, legatione functa, ad NICOLAVM rediit, suoque & sociarum nomine gratias ei maximas dixit pro patrocinio.

Sed plusculum ei laborandum fuit, ut consobrinum suum *Gentilem* ab æternis suppliciis expediret. Is in *Monte-Apponi* (oppidi nomen

17.

Ab inferni poenis consobrinum suum eripit.

A 7

est)

est) improvisò à nescio quo nebulone obtruncatus, importunam mortem oppetiverat. Tristi eo nuntio perculsus NICOLAUS, (eum in paucis charum habuerat) manare lacrymis, & passis ad cælum manibus exclamare, Heu, heu, miserande *Gentilis*, qui inopinato leto oppressus, non potuisti ad cælum viam tibi sternere, adeoque proruisisti in barathrum, unde cæli decretum vetat exire quenquam. Hâc curâ anxius pergit Deum in vota sua vocare ferventiùs, in vigiliis pernoctare, diurnare in precibus, carnem affligere, cælum fortissimè viribus omnibus pulsare, flagitare denique, scire percupidus; Damnatúsne ad æternorum tormentorum immania ergastula descenderit, an verò salutis portum tenuerit? Neque orandi finem antè fecit, quàm cælo ad aures ejus vox allapsa diceret; *Gentilem* trucidatum, æternis quidem ignibus addictum fuisse, sed ereptum precibus lamentisque ejus, quibus Judex coactus sit mutare latam (non tamen definitivè,  
ut

ut loquuntur) sententiam. Deinde nocte concubiâ, cùm ad fovendum ignem, qui perpetuus lucet ante Eucharisticum ferculum, surgit, afflat aures ejus blanda & clara. ejuscemodi vox: O Pater NICOLAE, Servatori meo IESU gratias immortales ago, qui me tuis precibus victus, è flammis æternis liberavit. NICOLAUS verò non ignorans verusitias laqueosque inferni, & vultum habitumque boni mentiri frequenter malum Angelum; Abi, inquit, callide veterator cum istisce fraudibus tuis: *Gentilis* meus obiit; estque in manu justi. & misericordis Dei, illum aut punire aut beare æternum. Tum anima; Nullus ad dubita: ego sum *Gentilis* consobrinus tuus, quem inferni ignibus addictum tuis precibus absolvisti. Perge porrò, quam cœpisti, vitæ sanctioris rigidam semitam decurrere: adeò potentes sunt preces tuæ, ut nihil eis cælum negare possit.

Ut jam non magnoperè mirandum sit, si NICOLAUS, qui non piacula-

B II  
36 c

culares modò flammæ extinxit, sed damnatas etiam ex Orci faucibus animas eripuit, inferni custodem Cerberum in se provocaverit: qui rabie plusquam caninâ impotenter fremens, omnia stygis monstra excivit, armavitq; contra hunc Herculem. Tolentini explicata acies ( illuc NICOLAVS migraverat, hæsitque quoad vixit annis omnino triginta ) & ad oppugnationem paratæ machinæ. Pugna præludium auditum in recto oratorii, ubi vir sanctus preces Numini faciebat. Horrificus subitò strepitus, crepitus, sonitus, tonitrus; ut susque deque ferri omnia, totum à fundo monasterium ruere videretur. Subinde canis infernalis cum suis latrare horrendum, mox leonum rugitum terribilem edere, lupinum ululare, denique belluarum omnium omnigenas simul voces fingere, quibus si terrere non possent, saltem obturbarent orantem, atq; confunderent. NICOLAVS perstare in precibus immobilis, nõ percellendus, etiam si fractus orbis illabatur.

Non

18.  
Orcus ei  
illudit.

Non tamen abire hostis ita inglorius; sed vim admovere proprius. In ipsum oratorium involat malus Orci pullus, exuvias terribilissimæ avis vestitus, furvisque alis excitat horribilem ventum, quo sancti Viri lucernam evertit, confringitque. Lucem scilicet odit tenebrius. Hic NICOLAUS suppetias vocare & rogare fratrem, qui in viciniâ jacebat, quò cum nocte noctuam illam pelleret, luminis aliquam usuram. Sed nequidquam circumcursat frater: omnem toto monasterio flammam lucifuga iste extinxerat. Humi ergo se abjicit NICOLAUS, & supplex invocatur eum, qui *habitat lucem inaccessibilem*. Momentum preces habuere. nam illicò vidit divinâ vi restauratam & lucernam & lucem. Quare hic gaudio tantum non exultare; ille verò dirumpi invidiâ & odio, totusque ardere in vindictam. Novum ergo stratagema adornat. Armatus Orci satelles crasso & duro baculo, magno impetu irruit in hominem, ejusque latera & tergum dedit.

19.

Lucernam dæmon ei confringit: quam divinitus redintegratur.

20.

Vapulae à dæmonibus.



dedolat usque eò atrociter, dum lignum medium dissiliret. Ut ne crederes aërem verberasse, sparsæ passim in contuso corpore vulnorum vibices loquebantur. Porro baculi hujus frustra inter alias reliquias hodieque Tolentini spectantur.

Videbatur hâc vindictâ iram satiâsse, & explevisse animum, si modò precibus assiduis tandem superfedere aliquando NICOLAUS voluisset. Cùm ergo nocte intempestâ videret iterum in genua eum procumbere ante Venerabilem Angelorum Panem; ille in novas iras excandescere, & vim facere in lampadem, quæ perpetuo illic igni lucet, fractisq;uæ catenis solo allidere, oleumq;ue, quantum erat, in vestem NICOLAI effundere. Hic Vir sanctus: O optime IESU, tantùmne licere inferno? Tene pati, ut malus iste in bonorum Angelorum epulum sacrum ita impudenter insulret? Accipit ergo in manus vitri fragmenta, tenerque lampadem integram, & pleno igni animatam.

Non

21.  
Lampas  
fracta ab  
infernali  
hoste ite-  
rum divi-  
nitatis re-  
paratur.

Non multum temporis interces-  
 fit, cum alios ludos edidit Stygius  
 ille paratragœdiator: ita nullas aut  
 breves ferias dabat homini sancto.  
 Fortè tunicam suam oppidò lace-  
 ram interpolabat NICOLAUS: cum  
 pannos illi furtim subducit impro-  
 bus histrio. Jam in quæstione eos  
 diu habuerat pius sarcinator neque  
 reperiēbat; & Quis me, ait, ô Di-  
 vi, tam insigni ludibrio habet? Ille,  
 nisi fallor, meus hic ludificator est,  
 indignus à me nominari. Con-  
 tumeliam hanc non potens conco-  
 quere superbus Genius, subitò pro-  
 filit ex ultimo angulo, & Thra-  
 sonicè se infert, *Ita est, ait, ego ipse  
 id feci, ego ipse.* Sciscitanti NICO-  
 LAO, Quis ergo esset? respondit ar-  
 roganter: *Ego Belial sum, qui per dius  
 pernioxq̄ lateri tuo adhæreo, nec infesta-  
 re desistam usque dum impatiens ad  
 laqueum curras. In rosâ & plumâ  
 molli huc usque te collocavi, prout de-  
 inceps accepturus sum. Senties, quid fi-  
 ducia opisq̄ tibi esse queat in frigidis  
 istis tuis jejuniis & anilibus precibus.*  
 NICOLAUS impavidus, *Tuas mina-  
 cias*

22.

Ludos vi-  
 rum san-  
 ctum dia-  
 bolus fa-  
 cit.

*cias, inquit, non flocci facio. Quod mihi intriveris, tibi id omne exedendum erit. Totum Acheronta, per me licet, evoca. Dominus mihi adjutor: & ego despiciam inimicos meos, si consistant adversus me castra, exurgat adversum me praelium, non timebit cor meum.*

23.  
Iterum  
cæditur  
ab Orco  
crudeliffi-  
sime.

Non erant minæ omnino evanidæ, quas Erebi tyrannus intentaverat. A templo, cujus fores occlusas repererat, concedebat, quò sæpius assueverat, in triclinium NICOLAUS, ut ad Crucifixi imaginem, quæ in eo erat, genuflexus, precibus vacaret intereâ, dum ad preces Matutinas æris campani signo vocaretur. Ibi, veluti ex insidiis prorumpere cacodæmon, & ingredientem præ foribus vi magnâ invadere, larvarum stygiarum totæ simul legiones irruere, sternere, cædere denique ad internecionem. Pro mortuo deponi potuisset: dolóri enim corpus exanime succubuerat. Sed paullò pòst sibi aliquantulum redditus, in nomine IESU Crucifixi se in pedes erigit, iturítque quò antè destinârat. Ecce inferni canes rabidi

bidi proflire in pugnam iterum, iterum solo affligere innocentem, multare per omnia membra crudeli fustuario, plagis immaniter concidere, & tantum non lacerare atque in frustra discerpere. Tumultu isto nimium quantum horrendo exciti fratres auxilio confestim advolant: vident tragicum spectaculum, humi prostratum virum sanctum, multo vulnere saucium, altero pede debilitatum, animam ægrè trahere. Sustollunt in humeros, & in cellam suam deponunt. At ille iterum viribus à Christo suppeditatis, resurgit in pedes innixus baculo, quo eum Stygii carnifices deartuaverant, (qui exinde illi pro scipione servivit) rediitque ad pristinum orandi exercitium.

Poterat in claudum procaci jam risu Dæmon illudere; sed ille maluisset videre & ridere totum hominem eversum. Sciebat animi non pedum viribus ab eo vim inferis inferri. Quare nunquam desit, assiduis eum terriculamentis laceffere: monstra horrida, fœdissimorum spe-

spectrorum imagines objicere; flagris plagisque crudeliter in eum bacchari, omnibus denique modis pessimè habere, ut aliquando à spe salutis dejectum in omne periculum propelleret. Sed ille sic eos triumphavit in vivis, ut etiamnum vel solum mortui nomen audire horreant.

24.  
Non tamen idè  
in seipsū  
exvire  
definit.

NICOLAUS ergo tot inferni molestiis laceffitus, tot fustibus delumbatus, tot plagis sauciatus, alterum denique pedem claudus, non definit tamen in se desævire. Ita carnem flagris ferreis afflicta vit, attrivit jejuniis, assiduis precibus & vigiliis maciavit; ut non hominem, sed hominis vivum funus diceret. Certè præter pellem & ossa vix quidquam hominis in eo videbatur; ut meritò prodigii loco ponerent omnes tam duram ejus simul & vitalem vitam. Enimverò vires illi cælum suppeditabat, quando bibenti fontanam iterum atque iterum in vinum vertit, debiliori stomacho generosum fomentum.

Illud

Illud verò in paucis memorandum, quod hodieque omnis orbis miratur. Desluētibus quotidie corporis viribus à tam rigido vitæ instituto, in morbi ultima pericula inciderat; ut jam ad exeundum sibi viam querere anima videretur. Medicinam unam unicam Medici pronunciant carnis esum, quæ vires repararet. Id NICOLA O persuadere conantur; sed nequidquam: ultimam denique repulsam Fratres & amici passi sunt. Tum ille: *Qui libet vobis ad morbi molestiam mihi accersere graviolem alteram, vestro isto parum sano concilio? Mihi credite, carnis frena premenda potius quam laxanda sunt. Forteam vos creditis vincas Deo manus, ut non possit mihi sanitatem sine vestrâ arte reddere?* Simul hæc locutus, amicorum unus aliquis clam illum excurrit citato veredo ad Provinciæ Præfectum (Montechii erat) impetratque scriptum mandatum, quo NICOLAUS carne vesci jubebatur. Ingredientem in valetudinarium æger præfagus affatur, & *Anne adfers*, inquit, *obediencia*

pre-

25.

Æger induci non potest, ut carne vescatur.

praeceptum, quo cogar id nunc admitte-  
re, à quo me semper abstinui, & porro  
abstinere impensè conitor? Praclarum  
na & heroicum facinus incepisti. Edi-  
ctum ergo ex chartâ NICOLAO re-  
citatur. Ille anceps animi, quasi in-  
ter sacrum & saxum, quid agat, non  
invenit. Interim perdices assæ duæ  
inferuntur, & infirmo apponuntur.

26.  
Perdices  
assæ sibi  
obtrusas  
in vitam  
redire &  
evolare  
jubet.

Tandem NICOLAVS post longam  
taciti animi tergiversationem ob-  
latum à Medico de disceptâ perdi-  
ce frustillum sumens, *Ecce, ait, habe-  
tis imperio obsequentem.* Deinde ere-  
ctis ad cælum oculis, & crucis si-  
gno in perdices manu ducto, *Vos,*  
*ait, nunc avolate, quò lubet.* Et ecce  
quam nulli Ovidii dederunt, pro-  
digiosam metamorphosin: mo-  
mento plumescunt aves assæ, in vi-  
tam se erigunt, & per fenestram se-  
dant in liberum aërem. Stare atto-  
niti omnes, & vox faucibus hæere  
ad exemplum non auditum antea,  
nec postea usitatum: ut vix ossibus  
suis hærens & jam animam agens  
homuncio, non tantum enectis &  
coctis, sed in frustra etiam divisis  
ani-

animantibus vitam redderet. Cui deinde accedit pro auctario : quòd abhinc solus panis cibarius panacea illi fuerit, quo sine aliâ Medicorum ope Christus illi vires pristinas & sanitatem restituit.

Credo, ut esset, qui miseris & famelicis succurreret: quibus NICOLAVS tam obsequiosus servivit, ut non modò de suo dimenso illis impartiretur, sed ipse quoque pro illis stipem colligeret, & fieret mendicorum mendicabulum. Cùm nihil suppeteret, veniebat in prædam pauperum monasterii annonæ. Id videns non æquis oculis penoris procurator, insinulavit apud Cœnobiarcham NICOLAI prodigalitatem. Ille ergo vigilanti oculo & ex insidiis observare hominem: quem cùm fortè videret panibus plenum mantile deferre ad monasterii januam, subito mandato revocare, & rogare, quid istic absconditum gestaret. Ille modestissimis verbis, Rosas, inquit, fero, Pater Reverende; (erat mensis Decem-  
ber) & mantili explicato ostendit ei

B ver-

27.  
Deprehē-  
sus panes  
mendicis  
ferre, eos  
in rosas  
vertit.

B II  
36 c



vernantes, & alium quàm nostrum odorem spirantes rosas. Prior obstupidus, Vade, ait, Domini minister sancte, da & dilapida in pauperes, quantum tibi & illis libet: vidi enim in tuâ Dei manum.

28.  
Miseris  
quibusque  
succurre-  
re gelit.

Itaque cum liberius jam charitatis opera in miseros exerceret omnium asylon erat NICOLAVS. Nullum erat miseræ genus, cui illi non suo remedio continuo succurreret. Peregrinos hospitio, solatio, mæstos, captivos alloquio, ægro consilio, omnes operâ suâ adjuvabat. Sed & jus quoddam in omnibus morbos à cælo acceperat; quo crucis solo signo aut tactu pellebat. Et quod his potius est, ægris quoque animis medicinam faciebat.

Sed morborum in aliis triumphantem hunc gloriosum, magna domi febris minimo minus oppressit, adjuta in primis auxiliari copia annorum, quos multos NICOLAVS numerabat. His accessit demum versipellis; qui quem suis strenuere non potuit, nunc propriis armis oppugnatum ivit. Vah! ait, quæ

tem

*Aegrotanti  
dæmon  
molestus  
est:*

remet jejuniis assiduis, & indefessis precibus in hanc calamitatem ante diem præcipitasti. Quanto potius servasses modum & auream mediocritatem cum aliis Fratribus, qui nunc membris adhuc & valetudine integris religiosa exercitia alacres obeunt? tu verò, qui morbum tibi ultrò accersivisti, lecto jaces affixus, elanguidus, & ad omnia Dei obsequia inutilis. Pulsabat hic aries tam validè militis nostri generosum animum, ut stationem suam deserere & deditiorem facere velle omnino videretur. Verùm in tempore adfuit SALVS INFIRMORVM Deipara, inter DD. Augustinum & Monicam media, ægrumque his verbis affatur: Quid te mœrore adfigis, ô cælo dilecte senex? An quia arma ponere, & arenam exire cogis? at tua jam ætas vacationem à militiâ postulat. Non salit amplius, qui solebat, vegetus tibi invenis sanguis, ut in aciem prodire ultra debeas. Omnia tempus habent. Neque relinquis campum inglorius. Arma satis diu & generosè

*sed ani-  
mum illi  
facit Dei-  
para,*

R II  
36 c

tractasti, & pugnasti fortiter. Satis pro te vulnera loquuntur, quæ accepisti. Missionem dare tibi cogitat summus Imperator, & per portam triumphalem admittere ad palmam & coronam. Interea tamen, ut ne simul animo & corpore deleas, ecce medicinam. Mitte ad vicinam feminam, religiosam illam & eleemosynariam, qui roget eam nomine IESU Filii mei panem recentem (hodie pinsuit) quem intinctum in fontanam sume, & è lecto surge. Dictum, factum. Panem sumit & vires pristinas: quas & aliis deinde cum eodem oppidò multis agris dedit. Subinde prodigiis à celo maximis sanctitas ejus illustrata est. Cum enim noctis solidam partem aliquando inter preces transigisset, prehensus a dulci somno, vidit per quietem astrum quoddam ingens ac luminosum ex *castris S. Angeli* procedere, & præcedere sese ad illam usque aram, ad quam facere, & preces dicere solitabat, ibique radium suum figere: postea Tolentinum accurrere ex variis lon-

& morbo  
medicinã  
ostendit.

30.  
Stella eũ  
ad locum  
ubi ru-  
mulus  
erat, præ-  
cedit.

longeque distitis regionibus densam peregrinorum multitudinem hoc lumine quasi evocatos. Cumque visum hoc per alias aliasque noctes simile semper recurreret, veritus lemorum aliquod esse nugamentum, pio cuidam & prudenti Fratri id familiariter aperuit: qui fatidico spiritu; Hic, ait, splendor sanctitatis tuæ & tumuli index est, quo post fata requiesces. illuc porro miraculis tuis exciti convolabunt undequaque homines invisit alias, meritis tuis in sanitatem, pro qua supplicabunt, restituendi. NICOLAUS ad tam inexpectatum præfagium attonitus, ut erat animo demisso; Apage, inquit, non rectè mi Frater divinasti: ego Domini mei IESU Christi inutilis servus sum, quare aliud à cælo & verum interpretamentum expectabo. Neque multum temporis abiit, cum ingressus templum videt antambulonem illum radium ad aram præire: quem ubi deinde vidit quotquot diebus, facile intellexit non aliam esse stellam, atque in somno

A 3

vide-

viderat. Cupidus ergo veritatem  
intueri propius repetit ædem sa-  
cræ, videtque iteratò anteire cæ-  
lestem ignem. Vertit se inde, & ad  
templi propylæum prodeambulat,  
sed absque lumine: redit ad aram,  
& ecce iterum radium cæli præ-  
vium. Cùm ergo multis antè annis,  
quàm vitâ defungeretur, id conti-  
nuò observasset, extremum de-  
cumbens rogavit Fratres suos, ut  
mortuum id loci conderent. Eius  
gloria miraculi deinceps perpetua  
fuit. nam quo obiit die, lux ista visi  
quotannis illic splendere, & accu-  
rentium peregrinorum oculos præ-  
stinguere.

31.  
Christum  
spectabi-  
lem; An-  
gelos fa-  
miliares  
habet.

Enimverò aliis multò maximis  
ad eandem aram inter precandum  
solatiis perfusus est: quando Ange-  
los familiares habuit, quos auribus  
suis delicias facere crebrò audit, &  
modulis accinere supra omnem  
musicam nostram suavissimis; ipse  
Servator non semel adspectabilis  
eum recreavit; mundi denique Re-  
gina, Cælitum denso agmine comi-  
tata cinxit, & rotum gaudiis cæle-  
stibus

stibus inundavit. Ut jam non mirer  
ad tam grata oculorum spectacula  
crebro impotenter exclamasse,  
*Cupio dissolvi & esse cum Christo.*

Et tandem sensit vitæ metam ul-  
timam propè abesse, quam sex antè  
quàm abiret mensibus signavit.  
Qui ergo diu pridem non sine ful-  
cri subsidio ambulare potuerat, de-  
bilitatus scilicet multo dæmonum  
fustuario, laboribus deinde, vigi-  
liisq̄ue & inediâ, atque aliis, quibus  
in seipsum desæviera, corporis tor-  
mentis fractus, variis deinde lan-  
guoribus peresus, nunc denique le-  
cto omnino adfixus in dies cœpit  
deficere, & ad vitæ mortisque con-  
finium lentè properare. Sed nullæ  
tot mensium noctes, quæ solent  
ægris esse difficillimæ, poterant illi  
graves videri, quas cælestes cho-  
raulæ perpetuo modulamine tem-  
perabant. Interdiu autem frequen-  
tes ad eum ægri invisere, & apud  
semimortuum NICOLAVM sanita-  
tem quærere, & verò invenire. Sed  
ultimum vitæ ejus octiduum in-  
gentibus prodigiis celebre fuit.

B 4 Tum.

32.

Sex ante  
obitum  
mensibus  
cælesti  
musicâ  
recreatur.

B II  
30 c

Tum enim ad immortalium gaudiorum triumphum aspiravit eò ardentius, quò propius ærumnarum humanarum finem sibi imminere intellexit. Pietatis ergo lacrimis totus innatare, & fletu gemituque continuo velut ariete quodam cælum pulsare: fervidâ tandem prece rogare Deum, Deiparam & Augustinum, præsentarium in hoc agone suo auxilium. Neque diu se rogati Numen voluit. Postridie ergo conspicium cum Matre-Virgine, & Legislatore suo Christum habuit, accepitque tanto opere desiderata animi solamina. Sed pergit NICOLAVS, avetque, quamquam jam non incertus esset, diem sibi fatalem, ex illis audire. Tum cæli Regina: Tertius à natali meo tibi ultimus dies erit, quo ab hominibus ad nos demigrabis; quare Eucharistico te pane muni ad hoc iter. Instare amplius NICOLAVS, atque aspectum eorum in ultimo certamine, adeoque ab inferni molestiis liberum animæ exitum ambire. Tamen si enim iste nullus eos timeret, quos  
tam

33.  
Christus  
cum Ma-  
tre suâ &  
D. Augu-  
stino ad  
ægnum  
NICOLAVS  
invisunt.

34.  
Obitus sui  
diem cer-  
tum co-  
gnoscit.

ram gloriosè olim & crebrò trium-  
phasset, allatrari tamen ab impor-  
tunis Erebi canibus non admodum  
amabat. Sed responso tam diu fru-  
stratus est, dum flagitare non desi-  
nentem quinto demum die vox an-  
gelica istiuscemodi afflavit : *Exau-*  
*ditæ est oratio tua.*

35.  
Rogat à  
molestiis  
infernæ in  
obitu li-  
berari. &  
auditur.

Oraculo isto jam erectior vocat  
cum Fratribus Cœnobiarcham, &  
piaculorum veniã ab omnibus po-  
stulatã, rogat sacrum sibi epulum  
ministrari, ad commune iter neces-  
sarium viaticum. Subinde amplexa-  
tus Crucifixi argenteam effigiem  
(ex civium collatitiã stipe à NICO-  
LAO curatum opus) in eã inclusum  
lignum vivificum salutat plenis  
Christianã fiduciã & dulcissimis  
verbis, quæ profunda suspiria, &  
cum singultibus fluentes per ora la-  
crimæ tandem interruperunt. Tum  
administrum F. Joannem monet  
sibi in aurem morienti insonare :  
*Dirupisti Domine vincula mea.*

36.  
Sacro  
viatico  
munitur.

Inter hæc, discursantibus huc il-  
luc Fratribus, dum NICOLAVS sibi  
soli fortè relinquitur, audire multi  
B 5 festi-

R II  
36 c



festivam vocem quasi jubilantis  
 Rogatus NICOLAUS causam tam  
 inulitati gaudii, ridenti ore, inquit  
 Deus Servator meus cum Matre  
 Virgine, & Patre Augustino, blan-  
 do mihi vultu annuunt, invitanti  
 que his verbis: *Euge serve bone & p-*  
*delis, intra in gaudium Domini tui.* Di-  
 xerat: & oculis in Crucifixum refle-  
 xis, erectisque manibus in caelum  
*In manus, ait, tuas, Domine, commen-*  
*do spiritum meum.* Statimque aud-  
 tum personare caelum cantu Ange-  
 lorum, lessum mortuo, aut cert-  
 victori paena canentium.

37.  
 Ad aeter-  
 na gaudia  
 à Christo  
 invitatur.

S. N.

## S. NICOLAI

*Inter homines adhuc degentis*

## MIRACULA.

**R**OMANVS Pontifex Eugenius IV. qui cum Sanctorum albo inscripsit, professus est neminem jam inde ab Apostolorum ævo vixisse, qui prodigiorum aut magnitudine aut multitudine NICOLAVM nostrum superârit. Unde Poëta Mantuanus:

*Divûm nemo est, qui pluribus unquam  
Claruerit signis, à tempestate recentum  
Christigenium, fidei qui fundamēta fuerūt,  
Tempus ad hoc; nec habent ejus miracula  
finem.*

*Afiduè fluit hæc virtus uberrima, tanquã  
Fontis inexhausti veniens de gurgite flumen.*

Unde non minùs ineptire mihi videbor, si omnia ejus miranda in hanc chartam cogere voluero, quàm ille qui in parvam scrobem Tyrrhenum mare. Operæ tamen aliquod pretium est non planè mutum silere, ubi tanta fandi copia est;

I.  
Miracula  
S. NICO-  
LAI in-  
numera  
sunt.

RII  
36 c

& cum omnia non possis, saltem  
 memorare aliqua ad posterorum  
 memoriam. Primum omnium, satis  
 constat precibus NICOLAI fontem  
 Tolentini insperato erupisse, qui  
 hodieque largiter scaturit bibenti-  
 bus passim ægris salutaris. Nam  
 cum aquarum inopiâ laboraret mo-  
 nasterium, & jam accersiti aquile-  
 ges ingeniosa artis suæ instrumenta  
 omnia nequidquam adhibuissent,  
 NICOLAUS noster defixâ in tellu-  
 rem arundine, ante aram in genu-  
 accidit, erectisque ad cælum oculis  
 exobsecrat eum, qui de petrâ olim  
 sitientibus Hebræis undarum vi-  
 copiosam jussit fluere, anxiiis Fratri-  
 bus nunc ostendi aquarum aliquan-  
 scatebram; precibus deinde tan-  
 uberes lacrimas affundit, ut credam  
 fontem inde enatum illum, qui si-  
 mul visus salire ex summâ ejus  
 arundine, omnes non tam exhilara-  
 vit improvise gaudio, quàm in visis  
 miraculo stupefecit. Et solidum  
 gaudium gaudere potuissent, nisi  
 loco parum commode vena hæc  
 erupisset. Sed ecce, novo miraculo  
 dehi-

2.  
 Ad ejus  
 preces  
 fons mi-  
 raculosè  
 salit,  
 ægris sa-  
 lutaris.

dehiscit terra, hiatuque tam lato sese aperit, ut templi parietes quassari clarè, & ruinam præsentem minari non obscure viderentur. Illicò in genua abjectus iterum NICOLAVS; ò benigne Deus, inquit, qui ex arente humo hac dignatus es limpidum nobis fontem educere, nunc quoque eo frui sine ædis tuæ detrimento clementer indulge. Vix tria hæc verba finierat (fidem penè superat, quod in omnium tamen oculis gestum est) pependere in aère sacræ ædis muri tamdiu immobiles, dum alio vorsum fonte derivato, ultimam operi suo manum fabri imposuerunt.

Haud facile creditu est, quàm latè sanctitatis ejus fama cum prodigiosis hisce aquis in vulgus emanarit: ut cives passim ægri ad monasterium concurrerent, medicamque ejus manum implorarent. Venit Verdiana, cui infestus morbus os oculosque pervererat & à naturali situ in aures fœdè distraxerat, rogavitque levi tantum NICOLAI manu tangi. Vir pius spectaculi

B 7

hor-

3.  
NICOLAVS  
oratione  
templi  
muri in  
aère sus-  
pendit.

4.  
Vultum  
mulieris  
perver-  
sum cor-  
rigit.

horrore moveri, & moneri ad commiserationem. Cruce ergo signatam dimittit hisce verbis: *Sanctus Dominus Salvator meus Christus*. Vix tam pauca verba elocutus fuerat, os oculique reverti visa ad sedem pristinam, mulier ad solidam valetudinem. Cui tam felici Medico postea eadem ipsa filiolum suum, ab igni, in quem prolapsus fuerat, miserè deformatum obtulit, recepitque eodem modo sanum, & ab omni stigmate integrum.

5.  
Ophthalmiam signo crucis curat.

Alteram eodem nomine mulierem Tolentinatē ophthalmia tam pertinax afflixerat, ut de lucis usura in posterum non modò ipsa desperaret, sed omnes simul Ophthalmici conclamarent. At verò NICOLAUS salutari cruce signavit supplicem, dimisitque. *Vade*, ait, *Dominus erigit elisos, Dominus illuminat cecos*. Et mox vidit sibi oculorum aciem restitui & plenum diem.

6.  
Eodem cephalalgiam.

*Scambii* civis Tolentini uxor *Blanda* quindecim omnino annos traduxerat obsessa insanis capitis doloribus, ut neque aures, neque oculi

oculi officio, neque illa ipsa suo sa-  
gis fungi posset. Inveteratum ma-  
lum nullo medicamento superabile  
à meliori Medico curari postula-  
bat. Is fuit NICOLAVS; qui, pro-  
more, ægro capiti, digitis suis cru-  
cis signum inscripsit, proscripsitque  
omnia simul à muliere tormina.

Frater quoque *Ioannes de Monte-*  
*chio* Picens, cum externorum diu  
Medicorum inutilem manum ex-  
pertus esset, & cruciatui ferendo,  
quem difficilis illi hernia pariebat,  
vix par esset, ad Archiatrum dome-  
sticum adit tandem, & per IESVVM  
Crucifixũ obtestatur NICOLAVM,  
ut salutare tam multis aliis signum  
sibi quoque misero impartiri di-  
gnetur. Fecerat vir sanctus, & Joa-  
nes mox vidit, quæ proruperant,  
intro celsisse intestina, omnemque  
prorsus noxam abcessisse.

Haud paullò memorabilius est,  
quod subjungam. *Thomas* quidam  
fallente ictum securi pedem insi-  
gniter vulneraverat, nullâ jam chi-  
rurgorum arte medicabilem. De-  
ferri ergo se jubet ad NICOLAVM,  
rogat-

7.  
Item:  
herniam.

8.  
Graviter  
vulnera-  
rum per-  
sanat.

RII  
36 c

com-  
gna-  
net te  
Vix  
erat,  
edem  
vale-  
medico  
um,  
erat,  
rece-  
& ab  
ulie-  
tam  
isurâ  
espe-  
lmi-  
r co-  
ppli-  
am  
& eos.  
ciem  
ixor  
nnos  
pitis  
eque  
oculi

rogatque super affecto pede prece  
ab eo aliquas fundi. Ille vero reci  
travit quam Christus docuit oratio  
nem, & salutis signo addito; *Vade*  
*ait, in pace fili, non leviter sauciatus es*  
*IESVS fidem tuam propitius respiciat*  
Abit. Adit haud multò post Chi  
rurgus, & vulneri religando ma  
num admovet; sed ille sibi perdi  
tus videbatur, dum ne vulneris qui  
dem ullum vestigium reperit.

Reperit verò diem illic quædam

Matrona iterum, quem plorando

9. amiserat. Dum enim germanum  
Cæcæ o- suum, Augustinianum Eremitam  
culos per- suum, præmaturò funere extinctum im  
ditos re- potenter & planè muliebriter lu  
stituit. get, perennibus lacrimis oculos

corruptit: quos rubor primum san  
guineus totos inflammavit, glau  
coma deinde obduxit, adeoque  
extinxit. Verum ad NICOLAVM ad  
ducta, manuque ejus signata ape  
ruit oculos serenos jam, lucidosque  
& omninò lynceos.

10. Sed beneficii arctiori vinculo si  
Matronæ bi NICOLAVS *Berardi* conjugem  
mortuos æper foc- *Margaritam* obstrinxit; quæ exani  
tus edere solitæ, vi- vos dein-  
zepts pro- mittit. mes

mes semper fœtus eniti solita, ejus patrociniō reddita est *mater viventium*. Cū enim primum uteri pondus, quo gravidam *Berardus* reliquerat, absente eo peregrè, feliciter posuisset, venustulumq̃ & bene habitum filiolum velut *ὄδοιπόριον* reddituro patri offerre lata gestiret, pulsat de improvise ostium ejus mors atra, & puellum è sinu matris nequidquam ejulantis eripit. Et afflixit acerbus hic casus tam validè *Margaritam*, ut jam inde abhinc quot pignora (septem omnino fuerant) tot funera infelici semper partu ediderit. Cū ergo de fœtu, quo pragnans erat iterum, sibi non leviter timeret, miseratus tam ærumnosam matrem *NICOLAUS*, cū dies aliquot pro eâ cælo supplicasset, suspendere lacrimas, & Deo confidere mulierem jubet, quam utero ferret filiulam, incolumen edituram. Præfagio suus eventus respondit: nam enixa est non modò tum illam, sed plures deinde alias proles, bene omnes valentes & vitales.

Et

RII  
36 c

11  
12  
13



Et ut alia plurima non invitus  
 prætereo, ita juvat hîc pro corolla-  
 rio attexere avaris lucronibus ob-  
 oculos identidem objiciendum  
 monimentum : quo discant in ja-  
 cturâ ingentem quæstum, & cum  
 damno summum lucrum facere.  
 Ibat NICOLAVS noster ostiatim, &  
 stipem mendicatò colligebat : pro-  
 dit ecce matrona paupercula, pa-  
 nemque ei in manticam conjicit  
 oculis lacrimantibus ; atque, Ut ne  
 nescias, inquit, Dei famule, unus  
 hic mihi domi reliquus est : farina  
 quidem aliquantillum suppetit in  
 sacco, at in horreo nullum fru-  
 menti granum ; adeoque res mea  
 ad incitas rediit & famem, mihi  
 meisque liberis ultimam. Bona ver-  
 ba, ait vir optimus, ô mulier : Divi  
 tibi propitii sint, & in re tam angu-  
 stâ munificam hanc manum tuam  
 remunerent, farinæque quod ha-  
 bes pauxillum, liberaliter adau-  
 geant. NICOLAI voto respondi-  
 cælum, ut audisse crederes : nam &  
 saccus, in quo tantillum superabat  
 & arcam vacuefactam antea im-  
 pot

II.  
 Farinam  
 auget.

portata divinitus farina totam replevit. Ire nunc sordidi Eucliones, & malè congerendis pecuniis impallefcite: quantò potius est egenis bene consulere, & sua spargere tam divite cum fœnore?

## S. NICOLAI

*In calum recepti*

### MIRACULA.

**O**CEANVM hîc video, in quem cymbulam immittere oppidò periculofum. Parva ergo vela mea contraho prius, quam fluctus me abripiant, & littus lego. Sic

*horrida callidi*

*Vitant equora navita.*

Satis mihi erit potiora contraxiffe in compendium: quis enim omnia viri illius prodigia, & pro dignitate memoret? ad reliqua digitum curiosulis intendam. Cum sanctitatis ejus testimonium statim ab obitu multa loquerentur miracula, etiam aqua

1. aqua dixit, quâ manus pedesque illi religiosa quædam mulier ablu-  
 ut ejus, quem in vivis impensè ve-  
 nerata fuerat, haberet illas saltem  
 reliquias, quando digniores alia  
 diu in cassum ambiverat. Eam ergo  
 in nimbium vitreum receptam mul-  
 tis annis asservavit, propinavitque  
 ægris pluribus medicinam salute-  
 rem. Et auxit miraculum, nõ com-  
 putruisse unquam tanto annorum  
 spatio, sed ad usque guttam ul-  
 timam durasse integram, puram, &  
 vitro suo pellucidior.

Aqua, quâ  
 D. NICO-  
 LAI pe-  
 des abluti  
 fuerant,  
 patrat  
 miracula.

At verò, Christi anno supra mil-  
 lesimum & trecentessimum deci-  
 mo, qui fuit ab obitu ejus quintus  
 una nox prodigiis ejus maximè il-  
 lustris fuit. In Sanctorum omnium  
 pervigilio *Fina* (feminæ Tolenti-  
 næ nomen est) ad Sancti tumulum  
*Antonium* filiolum suum adduxerunt  
 oculis captum, quos morbus nesci-  
 quis, procul dubio violens & cru-  
 delis illi eripuerat. Cercum ex vo-  
 to promissum donum mater a-  
 ram obtulerat, & inter prece-  
 cum aliis, qui frequentes confluxe-  
 rant

2.  
 Sanctus  
 cæcum il-  
 luminat.

rant, ibi pernoctavit. Die luce-  
 re lux quoque rediit puero, qui So-  
 lis deinde splendidum jubar admi-  
 sit, oculorum acie prorsus illæsâ.  
 Exultare gaudio parens, & cum câ  
 miseri alii quinque & quadraginta,  
 qui omnes illâ ipsâ nocte salutem  
 à NICOLAO impetrârunt. Immo  
 ipsâ campanæ commoveri lætitiâ,  
 & nullo impellente sonitum dare  
 auditæ sunt. Sed ausa est mulieris  
 impudentis (*Thomasinam* dixere)  
 virulenta lingua obsibilare, & tra-  
 ducere monachos, quasi corraden-  
 dæ pecuniolæ cæcâ cupidine abre-  
 pti, inani hoc jubilo credulum po-  
 pulum lætarent. Ulter tam insignis  
 vesaniæ Deus, vindicare in filiolo  
 matrem statuit, cui oculos subitâ  
 cæcitate clausit, ut hæc suos aperi-  
 ret. Et verò aperuit, resolvitque in  
 pœnitentes lacrimas, & NICOLAO  
 ad modum sui, coreum puerum of-  
 ferre promisit. Ita propitiato Divo,  
 oculorum tabeni à filio, a se simul  
 impietatis tenebras absterfit. *Oratio*  
 Sed redeo ad *Finam*, quæ, semel  
 tam facilem Sanctum experta, non  
 dubi-

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

3.

Vna no-  
 & XLV.  
 miracula  
 edit.

4.

Mulier  
 obgan-  
 niens di-  
 vinitus  
 punitur.

...  
 ...  
 ...  
 ...  
 ...

5.  
Infanus  
ope Divi  
NICOLAI  
ad  
mentem  
redit,

dubitavit pro altero filio multis modis misero eundem Medicum interpellare. Is mente sensibusque omnibus exciderat, oculis, auribus, linguâ uti impotens; & caninâ rabie in alios, in se dentibus atrociter saeviebat; ut vinciri & immanis feræ instar carenis coerceri deberet. In his ad sepulcrum Divi adductus, & NICOLAO multorum precibus impendit commendatus, coepit furorem sensim exuere, ad se ipse redire, & laxare os in hæc primùm verba, *O sancte NICOLAE*, sensibus denique omnibus integre restitui, in plenam sanitatem.

Illud verò multò maximè memorandum est, quod anno post NICOLAVM cælo receptum quadragesimo contigit piè impium Religiosi facinus. Is origine Germanus sacrarii præfecto administræ Tolentini datus, cum miraculis ingentibus sacrum tumulum coronari cerneret, stolido erga Divum adfectu statuit aliquod illius membrum suffurari, eoque veluti incomparabili thesauro patriam suam ditare.

6.  
Pius latro  
Divo præ-  
cisa bra-  
chia fura-  
tus, divi-  
nâ vi te-  
netur.

ditare, & celebrem reddere. Nocte  
 latrocinium aggredi placuit. Sepul-  
 crum effringit, & à corpore bra-  
 chium utrumque præcidit. Res mi-  
 randa! Fluunt rivi sanguinis veluti  
 adhuc à vitâ calentis, & prædoni  
 attonito animum mentemque eri-  
 piunt. Tandem sibi redditus, lam-  
 bit sanguinem bibulo, quod ad ma-  
 num fortè habebat gossypio, eum-  
 que in binas lances exprimit: bra-  
 chia verò mūdo linteo involuta ra-  
 pit, seque dat in citissimam fugam.  
 Totam noctē cursitando se fatigat,  
 sed in cæco labyrintho: nam dum  
 Tolentinas fines se longè exiisse  
 autumat, cælo albescente videt se  
 monasterii septis clausum teneri.  
 Quid facerēt? Sorex indicio suo  
 perit. Prehensus furtū suum agno-  
 scit, & reddit. Producuntur è revo-  
 lutâ sindone cruenta brachia, sed  
 quæ  
 (*Res nova, non ullis cognita temporibus*)  
 caeleste jam manna Hebræorum  
 olim in locis Arabiæ desertis com-  
 meatus, tota cooperuerat: ut tria  
 in hoc sacrilegio miracula agno-  
 scas.

7.  
 Tria in  
 hoc sacri-  
 legio mi-  
 racula.

scas. Exinde sacra pignora, velut  
tutelare oppidi sui palladium To-  
lentinas in sarcophagum auro  
gemmisq; scite exornatum, vincu-  
lisque ferreis contra rapaces manu-  
probè munitum inclusere: quibus  
tres validæ seræ additæ; earum cla-  
ves sic distributæ, ut alia in Reli-  
giosorum potestate, alia in civium  
manu, alia denique sit apud *Mauri-  
tios* nobilem illic domum. Has por-  
rò reliquias rara prodigia orna-  
runt.

8.  
Sanguis  
qui ex  
brachiis  
effluxit,  
prænun-  
tiat Ec-  
clesiæ  
tempesta-  
tes.

In eo, qui Romanam Ecclesiam  
non mediocriter turbavit apud Pi-  
centes, tumultu, visus est hic san-  
guis intumescere, & incredibili au-  
ctu supra ipsas quasi lances excre-  
scere, brachia recenti sanguine ma-  
nare, manna denique novo num-  
decremento, nunc incremento mi-  
nui augerive. Certè in oculis ipsius  
Cardinalis S. Sixti Palæotti, com-  
plurium Antistitum, totius deni-  
que oppidi manus dextera ad cubi-  
tum usque copioso sanguine stilla-  
vit, cum ad insulam Cyprum &  
Golettam arcem expugnandam

T u

Turcarum furor sese armaret. Et alias sæpè notatum est imminentes tempestates illum præfagire Ecclesiæ, quæ olim sui tutelam in hisce fluctibus illi commisit. Ut taceam Venetorum Archistrategum Robertum Ariminensem victoriam, quam ex Calabria Duce, Romanæ Ecclesiæ capitali hoste reportavit, NICOLAO nostro acceptam retulisse; gratiã deinde etiam Sixtum IV. Pontificem, qui Romanum ejus sacellum singulari *Indulgentiarum* beneficio locupletavit.

Fuit proinde sanguis hic in pretio non exiguo apud multos. Ejus honori Viadana, quæ tres guttas ostendit, magnificum à fundo cœnobium cum sacrâ ædiculâ excitavit: eundem servat in sacrario suo Valentia; habuit in Cypro Nicosia; denique in Sicilia Drepanum Divi etiam pollicem dexterũ sacra inter Lipsana veneratur. Anno demũ à Virgine pariète ∞ IOLXXVIII. Lusitani Regis filia (Infantem vocant) obtinuit Gregorio Pontifice Romano XIII. cruenti lintei & C gos-

9.  
In variis locis venerationem habet.

R II  
36 C



gossypii particulam, ut regium,  
quod S. NICOLAO parabat, facel-  
lum hoc veluti cimelio insigniter  
opulentaret. Sed unde abii, redeo  
ad miracula.

IO.  
S. NICO-  
LAUS  
XXV. mor-  
tuos vitæ  
restituit.

II.  
Pacucium  
submer-  
sum.

Quinque supra viginti demor-  
tuos numerat & nominat Ambro-  
sius Frigerius, qui Divo nostro  
veluti alteri parenti redditam vi-  
tam debent. Inter eos puellus est  
nomine *Pacucius*, *Angeli* è *S. Gene-  
sio* filius: qui dum incautiùs pro-  
pter molam fortè lusitat, in cana-  
lem prolapsus, aquarum caden-  
tium volubili impetu ejectus est  
sub ipsum tympanum, mersusque  
in castello jacuit totam omnino  
horam; dum suppetias vocati ad-  
sunt vicini, & perticis harpagoni-  
busque extrahunt truncum. Mater  
S. NICOLAI, quem principe sem-  
per studio coluerat, patrociniùm  
implorat, vovetque festum  
ibi fore semper natalem ejus diei  
quem jejuniò anniversario prave-  
niret; puerum ad tumulum epi-  
deponere, devestire, exuvias ven-  
omnes dono offerre. Non fuit

vana vota eventus felix ostendit:  
nam è vestigio pallorem cadavero-  
sum exuere, oculos aperire visus  
est, & vitæ plena ac valetudinis bo-  
næ signa dare.

12.  
Jacobum  
Faciabo-  
num str-  
gulum.

Sequitur tragicus actus, sed quæ  
Tolentinas noster læto sine clausit,  
ut tragicæ comædia videri possit. *Ia-  
cobus Faciabonus* ne quidè facie bo-  
nus, factis verò multò pessimus fuit,  
postquam mente captus non modò  
nò sana loqui cœpit, sed furiis quo-  
que agitarus laqueum querere, quo  
se pensilem faceret. Et pependit à  
trabe longa sed funesta littera. Stu-  
père principiò uxor ad barbarā ne-  
cem dolore penè ipso strangulata:  
mox animo & pio voto ad NICO-  
LAVM versa; O prodigiis, ait, cele-  
berrime Divorum, si huic viro,  
quam laqueo clausit, animæ viam  
aperueris, afferam ad tumulum  
tuum meam messem, & granarii  
mei divitias in Fratres tuos dilapi-  
dabo. Placuit Sancto tam luculen-  
tum promissum. Ambulavit sanus  
eodem die, qui pependerat, gut-  
ture, quod sibi eliserat, plenè resti-  
tuto.

C 2

Ecce

13.  
Puellam  
febri ex-  
tinctam:

Ecce tibi aliud haud paullò illu-  
strius miraculum. Firmium in Pi-  
centibus urbs est. Illic *Barachi* cu-  
jusdam filiam *Philippinam* ardens  
febris torrebat. Mater filiam D. Ni-  
COLAO itentidem commendare  
sed in cassum, ut tum quidem vide-  
batur : nam non nisi cum illâ tan-  
tus ignis extinctus est. Nihilo ta-  
men minus, eâ, quâ animam effla-  
vit, nocte NICOLAVS per quietem  
mœstæ matri conspicuus, tempe-  
rare à lacrimis eam jubet, filiam  
vivere. Experrecta accurrit læti-  
gradu ad filiam, affaturque, se-  
truncum : adeoque pro ludibrio  
somnia habet.

*Iam scrobe, jam lecto, jam pollin-  
re parato,*

exclamat mater ejulatu quâ  
potest sonantissimo ; Ah ! inquit  
sancte NICOLAE, hoc cine est, quod  
in somno mihi nuntiaveras ? vivi-  
re filiam meam ajebas, & ecce  
nunc mortua ad sepulturam effe-  
tur. Hisce verbis quasi excitata  
puella, attollit vocem, & Vivet  
equidem se, respondit. Attoni-  
sta

flare omnes, & doloris in gaudium  
lacrimas, parentalia in hilaria ver-  
tere. Surrexit ergo è ferali lecto  
puella perrexitque vivere, & uxor  
deinde & mater plurimum libero-  
rum.

Sed propius à tumulo aberat *Ioan-  
nes Petrus*, Frater Ordinis, quem  
vulgò nuncupant *Continentium*. Hic  
dum in parietem fortè inclinatus,  
prægrandis ferri, nescio unde de-  
lapi violente casu occiditur. Non  
erat opus medicis ullis aut medi-  
cinis, ubi anima fugerat. Effertur  
in eodem S. Francisci, sepulcro, quod  
jam foderant, inferendus. Ibi tum  
*Gregoria* quædam pietate in homi-  
nè mne an Divum majore, incer-  
tum, invocat S. NICOLAVM, propi-  
tiatque voto cereæ imaginis, quæ  
defunctum Fratrem pondere ex-  
æquaret. Non tam citò illa elocu-  
ta est, quàm ille vivere se dixit, &  
ostendit, pedibus suis sese illuc re-  
ferens unde, vespillones extule-  
rant.

Sed heus ! ad supplicii locum,  
ad crucem evocaris. quid horres?

C 3

non

15  
Vanium  
quendam  
suspensum.

14.  
Ioannem  
Petrum  
occisum:

non spectanda tibi luctuosa ibi scena occurret : quin immò triumphantem NICOLAI patrocinio innocentiam latus admirabere & laudabis. *Nuzubus & Vanius* (gentis nomina) fratres Auximenses, itegebant in Aprutio, cum homicidii, quod per eos fortè dies ibidem patratum erat, veluti auctores aut rei in vincula abripiuntur. Clamant se infontes, frustra; peregrinos, nihil : Divos omnes integritatis suæ testes invocant, sed apud surdas aures. Quia inficiari quivis cuius facile est, veritatē equaleo conatur Judex exprimere : sed mendacium expressit. Cum enim immanem lanienam juvenes ferre non possent, farentur à se factum, quod ne quidem illis unquam in mentem antea venerat, ut tam sæpe crudelia inter tormenta moriendi compendiū unā morte facerent. Quod solet, confitentes reos Judex damnat, & crucis supplicio addicit. Itaque cum neminem mortalem hominem innocentiae suæ patronum

miseri invenirent, ab humanis sub-  
 sellis ad cæleste tribunal appel-  
 lant, & D. NICOLAO apud suos  
 jam dudum ab ostentis famigera-  
 to, causam suam commendatum  
 eunt. Priori *Vanio* ad funestam tra-  
 bem fune gula frangitur. Quarto  
 post die educitur *Nuzubus* ad can-  
 dem suspendendus. Dum laqueum  
 collo aptat carnifex, notant qui  
 spectatum accurrerant, in suspen-  
 diarii *Vanii* cadavere ( tale, & pu-  
 tridum in omnium opinione erat)  
 vitæ non obscura signa. Fit in vul-  
 go murmurillum primò. Propius  
 examinant, & jam nemo dubita-  
 bat. It deinde cælo altus clamor,  
*miraculum, miraculum* ingeminan-  
 tium. Inciditur laqueus, delabitur  
*Vanius* illæsus omnino integerque.  
 Judex latam retractat sententiam,  
 & quos sanctior judex absolve-  
 rat, infontes innoxiosque tandem  
 pronuntiat.

Ex Aprutio verte nunc ad In-  
 subres oculos ( pedibus hîc nihil  
 opus) & videbis rem mirè miram.  
 Ducis Mediolanensis uxor *Blanca*

R II  
 36 c



16.

Fœtum  
exani-  
mem at-  
que mon-  
strosum,  
vitâ atq;  
formâ  
donat.

fœtum enixa erat vitæ non modò,  
sed figuræ etiam humanæ exper-  
tem. Dubia quò se vertat puerpe-  
ra, animum tandem ad Divum  
Tolentinum piè reflectit, & què  
longis antè precibus sæpè, nunc  
voto etiam non vulgari fatigat,  
promittitque soteria in æde ( quæ  
*MARIÆ Incoronatæ* tutelam Me-  
diolani habet ) novum illi à fundo  
facellum, calicem verò in sacrario  
Tolentino. Repentè adfuit Divus  
invocatus, fœtuique formam hu-  
manam & animam donavit; illa vi-  
cissim Sancto, quæ promiserat. De-  
nique mare Jonium animi remis  
trajiciendum, ad Cypri Regem  
*Sachum*, cujus injustam in præci-  
pite irâ sententiam insigni mira-  
culo S. NICOLAUS correxit. Hic à  
prandio dum manibus aquam po-  
scit, digito exemptum anulum  
deponit ad malluvii oram. At qui  
è gutturnio aquam affundebat  
puer incuriosus, cum purgamentis  
ipsum anulum ejicit. Haud mul-  
tò post cum Rex repetit: negat  
liquidò puer ullum à se visum. In-  
stare

stare ille : hic pernegare. Irasci  
 deinde, quod facilè solent Reges,  
 & furem ( ita vocabat) quàm mox  
 ad crucem damnare : quod non  
 rarum est illis, qui jus vitæ & necis  
 in miseros habent, & licere sibi  
 putant omne, quod libet. Non fuê-  
 re in morâ lictores, non in quæ-  
 stione carnifex. Vix tantillum illi  
 temporis concessum, ut conscien-  
 tiæ arcana sacerdoti aperiret. Is  
 Augustinianus erat : qui infontem  
 jubet Deum, & miserorum apud  
 Deum patronum NICOLAVM sup-  
 petias vocare. Fecit id adolescens  
 non ignaviter, deinde naviter offi-  
 cium suum carnifex, gulamque il-  
 li laqueo fortiter obstrinxit. Sub  
 noctem porrò Regi redditur an-  
 nulus in cœno repertus : qui te-  
 meritatis suæ culpam, ministri in-  
 nocentiam agnoscit, sed uti omi-  
 nabatur, serò nimium. Cum sibi  
 ergo restare solum videret post  
 feram pœnitentiam emendatio-  
 nem, è cruce tolli jubet infontem,  
 sepulcroque & justis Christianis  
 decora ri. At ille è patibulo demis-  
 sus

C 5

sus

17.  
 Infontem  
 laqueo  
 punitum  
 servat.

B II

36 c



sus resurgit in pedes, & in coram  
 omnibus profiteretur NICOLAVM  
 sibi animam servasse, quam tortor  
 præfocare conatus fuerat; huius  
 velut alteri parenti se vitam debe-  
 re. Miraculi tanti fama totâ statim  
 insulâ divulgata, NICOLAI amo-  
 rem in omnium animis nimium  
 quantum accendit.

Neque interim suorum vota do-  
 mi neglexit. *Mitam* febris pertinax  
 totum annum oppugnaverat tam  
 validè, ut tandem expugnârit. La-  
 vatur cadaver, curatur, & in fer-  
 culum deponitur ad sepulturam.

13.

Mulierem  
 à feretro  
 suscitavit.

Maritum interim *Philippum*, *Luci*  
*Gentilis* filium, qui id temporis do-  
 mo aberat, per tabellarium curso-  
 rem vocant propinqui ad justa per-  
 solvenda. Ille nuntio inexpectato  
 percussus, amissam conjugem, cu-  
 jus ingenuam fidem plurimi sem-  
 per fecerat, commendat S. NICO-  
 LAO. Quem de præfacili exorari  
 posse nullus dubitabat, scilicet qui  
 miserorum omnium asylon vulgè  
 audiebat. Mortualem igitur do-  
 mum ingressus, primum omnium

habet

habet funus adire, & ad circumstantes affines: Amici, ait, *Mitam* meam Divo nostro Tolentino animiùs devovi, quem mihi atque illi patronum hìc adfore nihil admodum dubito. Ad hæc verba surgit è sandapilâ mulier, & certò se vivere asserit, pioque viro gratias, gloriam verò vitæ redditæ NICOLAEO reddit.

Sed nunquam supplices audit citius, quàm cum honor Cælitum consuetus publicè illi datus est. Veneti testimonium dicent. Cum enim solenni per urbem supplicatione primos SANCTI honores illi darent, turbaque hominum accurrentium innumera omnes plateas impleret, puer quidam in mare protrusus, undisque statim haustus, non amplius comparuit. Cum piscatoribus urinatores quærendo totum diem perdiderant. Sub vesperam exurgit (divino utique impulsu) à fundo puer, enatatque ad ripam. Interrogatus ubi tam diu delituisse, respondit; Adfuisse se monacho cuidam pullam vestem

19.  
Puerum  
aquis  
mersum  
parentibus  
inco-  
luram  
reddidit  
Venetiis.

induto, à quo benignè blanditer-  
que habitus sit. Facile intellexe-  
runt omnes esse exemplum ejus,  
quod in Urbe paullo antè contigisse  
rumor attulerat.

20.  
Item Ro-  
mæ alte-  
rum.

Romæ, cum à Basilicâ Vaticanâ  
ad D. Augustini supplicabundus  
Maximus Pontifex iret, clero om-  
ni populoque stipatus, SANCTO-  
RYM albo NICOLAVM inscriptu-  
rus; quod in tali actu fieri amat, ef-  
fusa urbs omnis plateas pontem-  
que obsidebat. in turbâ erat tubici-  
nis filius, & ipse avidus pompam  
oculis suis arbitrari: sed ab æstu  
fluctuantis veluti in tempestate  
populi deturbatus est in Tiberim  
Mater quiritare, & in auxilium  
pueri, quem rapidi fluminis vortex  
jam absorbuerat, non neminem in-  
vocare. Extrahitur tandem, sed ca-  
daver. Pater intereà virili quadam  
confidentiâ compellare NICO-  
LAVM, & rogare, ut recitata de-  
ram multa prodigia palàm num-  
probet novo miraculo. Non expe-  
ctavit longiores preces Divus no-  
ster. Puer è vestigio os oculosque

ape-

aperit, & publicam Urbis lætitiã  
novus NICOLAI præco, etiam nihil  
dicendo disertus satis, egregiè ad-  
auxit.

Ecquid porrò mirum, eum, qui  
tam faciliè amissas restitueret ani-  
mas, revocasse fugientes. Veronam  
si libet, testem audi. Illic viri nobi-  
lis *Petri Iusti* filia, annos nata sede-  
cim, diuturno morbo exercita, ad  
eam corporis imbecillitatem defe-  
cerat, ut non nisi linteis excepta  
transferri posset. Salutis spes in Me-  
dicis nulla erat: medicinam om-  
nem malum superaverat. Fortè  
S. NICOLAI pervigilium erat, da-  
baturque in æde S. Euphemie (ea  
Augustiniani Veronæ tutela est)  
æris campani festivum signum. Ro-  
gat virgo, quid sibi velint Fratres  
tanto strepitu? Mater; Crastinus,  
inquit, S. NICOLAO, quem Tolent-  
inum vocant, natalis dies est, viro  
à vitæ sanctimoniâ & prodigiorum  
raritate toto orbe celeberrimo:  
cœpitque quandam de Divo histo-  
riolam attentæ filie memorare.  
Quam totam ægra in pectus demi-

21.

Puellæ  
incurabi-  
lem mor-  
bum cu-  
rat.

fit altiùs,quàm sani solemus, dum  
que piè secum ruminat, patrocini-  
um quoque NICOLAI ambire  
cœpit, & salutis non dubiam spem  
concupere. Præces ergo ferventes  
fundit, affundit uberes lacrimas,  
quibus è profundo corde suspiria  
pia admiscet tamdiu,quoad fatiga-  
ta somno succumberet. Noctis me-  
ridie per quietem adstare præsen-  
tem sibi NICOLAVM videt, tam  
splendidâ luce circumfusum, ut to-  
ta igni domus ardere videretur; au-  
ditque: Quia sincerâ me fide in-  
vocasti, ecce adsum, ut omnem ti-  
bi morbum abstergam; festina er-  
go surgere, & primas easque sum-  
mas Trinitati sanctissimæ gratias  
agere: ubi verò diluxerit, ad aram  
meam te conferre memèto, meum-  
que nomen piè venerari. Virgo tam  
felici somno defuncta, repentè vo-  
ce jam non ampliùs infirmâ incla-  
mat parentes, petitque sibi indu-  
menta afferri, sanam se, velle è le-  
cto surgere. Pater materque risis-  
verba filia excipere, & somnii lu-  
dibria credere. Urgere illa, & velle  
cubi-

subitu surgere. Accedit pater, miratur: accurrit mater, stupet: uterque denique insperato gaudio veluti ebrui exclamitare, *Dei misericordiam*. It rumor per urbem subito, & miraculi fama ad omnes diditur. Rei novitate excitus adolat magistratus, ruit populus catervatim in aedes *Petri*, videntque omnes eam, quam pro desperatâ Medici conclamaverant, adstare sanam vegetamque. In templum dices domum versam esse, ut non pauciores illic nempe miraculo præsentem NICOLAVM, quàm in S. Euphemix coluerint.

Quàm pronus in miserorum vota Divus esset, commodum *Vincenia Urbis* experta est. Hæc repentino malo occupata dexterum corporis latus sensu omni destitui sibi & sensim exarescere sensit; manum adhæc vidit tetro colore veluti atramento totam suffundi. Pertinaciam morbi tres penè menses eam lectulo adfixerat, donec S. NICOLAO in ætæ ornamentum sindonem, & cereum promitteret. Etenim postridie

22.

Apople-  
cticam re-  
stituit.

stridie quàm nuncupasset, vor  
damnata, ad tumulum Divi in visis,  
& fidem liberavit.

23.

Dejecta in  
puteu ser-  
vat mira-  
biliter.

In tempore eundem invocasse  
certè profuit *Lucia Scambrii* filia.  
In hanc sinistra quædam suspicio,  
unde orta nescio, fratres duos adeo  
exacerbaverat, ut velut æstro per-  
citi in sororem furialibus manibus  
involarent & præcipitem in pu-  
teum agerent. Illa in casu *NICOLAY*  
auxiliarem manum implorat. Et ut  
accurrisset Divum crederes, ex la-  
psu tam alto ( profundus puteus  
erat) tamque violento (modum fu-  
ror non habet) nullum damnum  
accepit. Immò, quod magis admi-  
reris, vixit in puteo dies noctesque  
undecim absque omni alimento  
Funium deinde adminiculo edu-  
cta, nihil antiquius, nihil prius ha-  
buit, quàm ad tumulum sacrum re-  
cta se conferre, & Liberatori suo  
grates solve.

24.

Multa si-  
mul mala  
ab uno  
tollit.

Et quò supplicis despicabilior  
inter homines conditio est, eo  
promptior ad opem ferendam *Ni-  
COLAYS* adesse videtur. Florentie  
ad

ad januam templi Augustiniani  
 (quod à Spiritûs sancti titulo no-  
 bile, ab operis structurâ magnifi-  
 cum est) jacebat quotidianum mē-  
 dicabulum, toto corpore torpi-  
 dum, privatum manuum pedumq;  
 usu, leprâ fœdum, ulceribus horri-  
 dum, ut uno verbo absolvam, om-  
 nium, qui in hominem confluere  
 possunt, morborum sentina. Com-  
 miserescerat omnes tam multis  
 modis miseri hominis: inprimis  
 illiusce monasterii quendam Fra-  
 trem, qui piis ei verbis suadet ædem  
 sacram introgredi, & sanctum ibi  
 NICOLAVM precibus sibi propitia-  
 re. Auritum se misellus statim præ-  
 bere & jam transferre ad Divi ima-  
 ginem, flexisque animi genibus  
 quantâ potest pietate suum illi de-  
 siderium exponere. Et ecce non vi-  
 su, sed dictu etiam res admiranda:  
 continuo cœpit mendicus se to-  
 tum exporgere, diffusum in mem-  
 bra omnia vigorem recipere, leprâ  
 aliisque corporis noxis absterfis,  
 novus homo videri. Talem deni-  
 que se totâ urbe ostendit, quando  
 paul-

R II  
 35 c



paullò pòst confirmatis viribus ple  
nam gradiendi facultatem accepit

Non tamen despondit animus  
*Ricca*, quia voto suo satis statim fru  
ri non vidit. Hæc sine viribus he  
berem & inutilem prorsus dexte  
totum quinquennium circumse  
lerat. ut ergo mali sui aliquod sol  
tium apud Divi tumbam quærere  
ex oppido *S. Severini* ( domicilium  
illic habebat ) Tolentinum abiit  
sed nullo suo fructu : non enim ali  
quàm venerat, domum rediit. Per  
dita, quæ tum videbatur, opera  
dem in aliis etiam perdidisset :  
verò mulieris hujus animum  
accendit, ut jam tota pietatis igne  
in Divum æstualet, absumenda  
citò, nisi multum lacrimarum ro  
rem affudisset. Insequenti nocte  
conspicuum se illi objicit quidam  
Augustinianam tunicam induens  
monachus, & bono animo esse ju  
bet, fervidas ejus preces NICO  
LAVM Deo obtulisse, tantum a  
ædis Tolentinæ limina festinare  
Experrecta dat somno fidem,  
deinde in viam dat. Venit Tolent

125.  
Apople-  
xiam tol-  
lit.

num  
poni  
som  
ren  
fana  
dom  
S  
bene  
lanu  
cibil  
tunc  
rant  
man  
ibi e  
  
I  
En t  
Cam  
rat, h  
los r  
reme  
nunt  
suevi  
xilia  
col  
num  
quod  
toto  
  
Dicit

num, tumbæ manum adfectam imponit, & obdormit iterum. Hic porro somnus manifestò probavit, priorem nõ vanum fuisse: nam manum sanam recepit, & ad omne genus domesticarum functionum robustam.

Sed, pro sancte Deus! quam benedicere blandeque celo adulantur homines, & verbis pollutibilibus multa ex multis promittunt, ut obtineant, quod desiderant impetrassere: at verò ubi in manu habent, quod quæsi verunt, ibi eorum omnia

*Caurusq; Notusq;*

*Iactat odoratos vota per Armenios.*

En tibi clara argumenta. *Catharina* **26.**  
*Camerina* totum mensem talpa fuerat, luminibus omnino capta. Oculos reddendi nullum medium aut remedium suppetere Medici pronuntiaverant. Ergo, ut rum fieri assuevit, ab humanis ad certiora auxilia itum est. Mater filiam S. NICOLAO commendat, & cereum donum offerre spondet. Accepit mox quod voluit: sed quod vovit, ne toto quidem anno dedit. Beneficium

Cæca Iam  
mina re-  
stituit: sed  
dum forte  
ria solve-  
re negli-  
git, tollit  
iterum,  
deinde  
iterum  
reddidit.

cium in aquâ scripserat. Moneri oportuit obliuioſam. Nox ergo iterum oculos filia obſidere, adeoque excitare matrem ad ſoteria exſolenda : quæ cum ad aram *Tolentis* obtulit, abſtulit quoque Sanctus, quas immiſerat, tenebras.

27. In eadem navi *Thomas de Braganano*, *Gentilis F.* navigavit. Is febris malignæ non bonas reliquias toto corpore diffuſas quatuor annos ſervare coactus, tam enormiter intumuerat, ut vento diſtentum non hominem, ſed utrem aut folletum diceret. Morbo vocabulum graecum *αινασολπναι* Medici dare poterunt, ſed remedium ne quidem venaculum. Totum ergo quadriennium, ut dixi, ſic languit. Deſiſſens à Medicis, ad D. NICOLAVM ſe vertit, & ad tumulum ejus manibus vincit iter venerabundus inſtituit. Jam illic eſt, & vovet, ſi morbo liber exeat, redire eodem inter dies octo cum argenteo donariolo bonâ deinde fide noctem in ſacello pervigilat. Mane detumuiſſe ſuum corpus omne videt, & eſſe ſe, quæ

27.

Simile  
contigit  
alteri, cui  
venter in-  
tumuerat.

lis olim sanus solebat. Et res erat: sanus inde domum abiit. Dies deinde octo elapsi, & *Thomæ* (ò madiam memoriam!) ex animo votum factum: non item Divo. Febris ergo illum repentina non aurem vellicare tantum, sed totum validè corpus pulsare, nî promisso debitor stet, jus antiquum repetitura. Pro- fuit certè nihil cunctari. Tolentium se proripuit *Thomas*, & à voto se, febrique simul expedit.

Et quis credat superis tam ingra-  
 tos quosdam vivere, ut divini bene-  
 ficium memoriam ne quidem æquis  
 auribus audiant? Certè talis fuit  
*Tolentina* mulier, cui vocabulum  
*Evangelista* (more Italorum, viros  
 mulierum, mulieres virorum no-  
 minibus passim appellantium) quæ  
 à viventis adhuc *NICOLAI* benignâ  
 manu perditos oculos receperat.  
 Cum verò id miraculi *F. Scambius*  
 in conventu aliquo, à Sancti viri  
 obitu recitaret, puduit jam benefi-  
 cii accepti mulierem, iraque exca-  
 nduit in tam liberi & liberalis oris  
 monachum, qui hoc publicaret.

Sed

28

Mulier,  
 quæ be-  
 neficium  
 palam  
 agnoscere  
 erubuit,  
 palam  
 punitor,  
 & agno-  
 scit coa-  
 cta.

Sed hanc impudentis mulieris recundiam cælum statim castigavit: ut quos sibi olim redditos oculos agnoscere palàm depudebat, oculis jam omnium excæcata fieret amissos. Jam ergo libens publice suam ingratitude[m] damna[m] & mollire precibus vindicem ejus manum, cujus salutarem antea contempserat. Denique cum de tunica quam Divus aliquando gestaverat particulam oculis suis admovisset, amoveri glaucomam sibi iterum sensit, & diem restitui, quem deinceps nullum transire passâ est sine gratâ Medici memoriâ.

29.  
Mulier à  
diro can-  
cro curat.

Facile deinde aliis fuit ab *Evangelistâ* optimâ magistrâ gratæ memoriæ artem discere. Egregiè eam *Indiola* calluit; quæ uti à voto præsentem Divi opem experta est, in beneficium palàm professâ, statim voto se absolvit. Domo *San-Serena* erat, *Mucarelli* uxor, miserandam irrepsit in faciem mulieris improbus cancer, proserpsitque in ipsum usque os, quod sex menses totos avidè ambejsum clausit tanquam

dem; citò deinde post vitæ arcem  
invasurus, cujus januam occupave-  
rat. Sed opportunè *Indiola* cæleste  
præsidium imploravit, votumque  
(quod solenne illic) tale nuncupat:  
Pedibus excalceatis ire *Tolentinum*,  
cujus murum & monasterii recta  
ubi ex colle primùm conspiceret,  
manibus vincula induere, atque il-  
lis sic ligatis ad Divi usque tumu-  
lum iter reliquum absolvere, deni-  
que ceræ quadrilibre donum of-  
ferre. Votum NICOLAO non in-  
gratum fuisse eventus optatus do-  
cuit: nam è vestigio cancer visus  
abscedere, ori libertatem dare, to-  
tus denique evanescere. Sed neque  
ingrata mulier fuit: nam quale vo-  
verat, iter instituit, & os jam sanum  
in Sospitatoris sui laudes dilaxat.

Sed nulla libentius vota quam  
sterilium audit, memor tali se quo-  
que modo à cælo impetratum olim  
fuisse. Id multi feliciter experti  
sunt. Ex multis unus est *Philippus*  
*Arma*, mercator opulentus, & di-  
vitiis præpollens, quas terrâ mari-  
que, equis velisque conquiserat.

Is

30.  
Sterilis  
fecundatur.

Is domicilium *Neapoli* habebat & uxorem improlem. Ut ergo in tantas opes heres aliquis nasceretur, subit animum ejus pia cogitatio hunc à celo efflagitare; adeoque Divum Tolentinum sibi exorandum putat. Concipit verba: pollicetur, quando genitum ex se filium videret, nomen ei ab illo indere & quoad viveret, in annos singulos die ejusdem natali Augustini *Neapoli* divitem eleemosynas largiri. Dixit tum: decimo post mense filium, quem *Nicolaum* nominavit, læto oculo vidit: non aliter Fratres pinguem ab eo quotannis sportulam.

31.  
Captivus  
à carcere  
solvitur.

Ergastulorum ultimas etiam tenebras beneficium ejus sidus illustravit. *Iacomutius* bojius erat, non dico domo, ne frustra sis, nam *Saracenanum* in Italiâ illi patria, patrem *Petrucius*, sed bojis ferreis pedes contentatus habitabat. *Asculi* plus octiduum menses in lignea custodiâ, ob manifestarium abigeatus crimine. Hunc in somno se *D. NICOLAUS* sapienter à peccato obijcere, & quasi invitare ad peccatum

rendum beneficiū. *Iacomutius* pendere dubius : putare fures *Divis* non admodum curæ esse ; & simul credere , non esse de nihilo toties iteratum ostentum. Fiduciam deum suam & vota ad eum vertit, promittitque sepulcrum ejus circumire ardente cerco , si exeundi facultas detur. Redit noctu *NICOLAVS*, & jubet surgere, egredi; carcerem patere. Surgit, & somnium *Placentino de Asculo*, qui ponè jacebat crassis compedibus & ipse diligenter vinctus, enarrat : hic verò somnium ex illo suum se audisse ait, nempe cui idem *NICOLAVS* se eodem modo per quietem insinuaverit. Inter hæc verba dissilire utrisque vincula , laxari sponte suâ fores carceris. Quid illi ? rogas? *verus* verbum est,

*Liber captivus avis fera consimilis est:  
Semel fugiendi si data est occasio,  
Satis est, nunquam post illà possis prendere.*

Nihil etiam propius fuit, quàm ut periret *Petrus Bonagratia*, nisi bona *Divi gratia* jacenti in ipso mor-

D tis

R II  
36 c

32.  
Item altee  
jam mori  
additus.



ris limine succurrisset. *Martellus* in  
 Picentibus civis erat: sed veluti  
 malus civis, & patriæ proditor (ut  
 illi crimen amuli impegerant) ab-  
 repta in carcerem, cum aliquo  
 complicibus decretoria Judicum  
 sententia morti addictus est. Pa-  
 rentes & propinquos affligere, non  
 tam supplicii infamia, quam inno-  
 centia indefensa. Ergo hoc unum  
 simul omnes studere, ut precibus  
 ardentissimis D. NICOLAO hanc  
 infigitam injuriam commendent.  
 Precibus etiam votum addunt.  
 Opportuna amicorum pietas da-  
 mnatis saluti fuit. Divus enim ma-  
 nifesta in luce captivis spectabilis  
 dissolutis pedibus omnes exemis  
 manu sua eduxit, & jam securos ab-  
 ire *Tolentinum*, & ad cumulum firmi  
 invisere iussit.

33.  
 Mercator  
 quidam  
 latroni-  
 bus eripi-  
 tur.

Sed nemo patrociniū præfer-  
 tius, quam mercator quidam (no-  
 men non exprimitur) in ultimis  
 necessitatis articulo sensit. In hanc  
 iter agentem gratulatorum eruentium  
 manus insilierunt, rebusque omni-  
 bus exutunt, & casum non perfusa  
 plangunt.

torie tantisper ad quercum alligaverunt, dum de vitâ ejus inter se comitia haberent. Mercator interim NICOLAVM suum (talem eum quotidiano cultu fecerat) suppetias vocat. Et ecce præsens adest, vinculisque clientem suum absolvit. Hic verò non segnis prædones suos, quos profundo somno Divus sepe liberat, vicissim prædatur, recipitque equum, argentum, & bulgas suas. Securo deinde pede abit, & Deo, suoque Patrono gratias immortales agit.

Jam verò contra infernales animorum latrones vel solum ejus nomen pronuntiatum valuit. In ipso oppido *Toentino Iacomiii* filia *Aldesta* erat. Fædus Genius impuros eam ludos quot noctibus faciebat; ad quietem eunti molesta potissimum, torum, & toralia, culcitam, stragulaque omnia sursum deorsum jactata mirè confundebat. Fuit denique, cum in lecto assidens, videret stygiis pennis ornatum volucrare monstrum, horrendo alarum plangore in fenestram involare, &

D 2            nidum

34.  
Puella à  
diabolicis  
molestiis  
liberatur.

nidum sibi in extremo cubili face-  
re : illa D. NICOLAVM continuo  
invocat, eaque voce fulminata in-  
ferni noctua per notam sibi rimam  
evolavit, emanfitque.

35.  
Sancti-  
monialis  
ab obsi-  
dione in-  
fernali.

Virginum quoq; Cistertienfium  
facrum afceterium, cui S. Lucia tu-  
relaris est, in oppido *S. Genefii* caco-  
dæmones oppidò infeflum habue-  
runt. Sedè illic sibi in *Philippinâ* fan-  
ctimoniali impuri hospites! eleg-  
rant, & tenuerunt annos non minus  
quinque. Miferandum in modû vi-  
go interim afflicti : neque tantum  
plagis cædi corpus crudelifsimè, fed  
de mentis poteflate quoque dejici-  
in ore illi Belial, aliaque Orci no-  
mina efle, pluria denique horrendè  
furere. Fortè quietis illi intervallu-  
dato, Divum NICOLAVM invocat-  
ei que in tutelam fe committit; de-  
cernitque ligatis manibus pedibus  
que nudis ad fepulcrum ejus pe-  
reginari. Jam *Tolentinum* pervenit  
& tumbam accedit : at verò con-  
nuò Dæmones abfcedunt, & reli-  
cto hospite atque hospitio, eleg-  
runt potiùs ad tormenta ignefque  
fuerunt

suos migrare, quàm à cognito ni-  
mium sibi hoste torqueri iterum  
atque ustulari.

Illud, quàm mihi scriptum fuit, tam  
lectu horrendum aliis fore credo,  
quod subjiciam. *Ariminum* in extre-  
mâ Flaminiâ nobilis civitas cœno-  
bium Augustinianum nō incelebre  
habet. In eo, anno M. CD. LXXIX. ado-  
lescentē religiosum, vocabulo *Ra-  
phaëlem*, habitabant dæmones mali  
inquilini, in hospitem suum tam  
crudeles, ut nemo unus omnium  
Fratrum esset, qui non torqueri si-  
mul se cum *Raphaële* crederet. So-  
lennia Ecclesiæ carmina adhibita,  
exorcismi repetiti non tantum non  
profuere, ut cum piaculari aquâ lu-  
straretur, in cælum quoque os im-  
pudens aperire, & blasphemâ lin-  
guâ in Deum & Divos horrendas  
injurias jactare cogeretur. Hoc pa-  
lam & coram multis. At verò cum  
solum eum haberent inferni carni-  
fices; tunc immaniter eum torque-  
re, distrahere, cædere, & pro incu-  
de habere. Cœnobii ergo Præfe-  
ctus, ut crudeles tortorum manus

D 3 inhi-

36.  
Et Arinnio  
ni Reli-  
giosus  
frater;

inhiberet quadantenus, eum in cubiculum suum recepit. Videres sane rebelles Genios Præsulum oculos vereri & revereri : ita nemo hostis ausus est juvenem propius accedere & laceßere. quare nutu, signis, minis foras elicere, ut liberè solitas in eum insolentias exercitarent. Credi vix potest, quæ stygis infanda ludibria suppliciaq; infelix adolescens passus sit. Furere, bacchari, rabire, in se, in alios sævire, oculis gliscere, prunas ardentis pleno ore evomere, & ipsum inferni rictum representare. Cum ergo petulantia ejus modum omnem excederet vinciri & ferro coërceri debuit. Quid vinciri? quid coërceri? Ex ferro clatri, repagula, & catena omnes vitreae illi erant, quas levigato digito diffringebat. Omnium simul Fratrum validissimæ manus non satis potentes erant, ad hominem continendum. Exploratum porro erat, noctis illâ parte, quæ ante preces Matutinas est, exagitari eum soliro immaniùs : quare miserat adolescentis, infelicitatem religio-

ad recitandum officium maturare  
 statuerunt. Ægrè fecit carnificibus,  
 torquendi tempus sibi breviari:  
 vindicare ergo se cogitant. *Ra-  
 phaëlem* sublimem in aërem ra-  
 piunt, & æri campano, quo ad pre-  
 ces signum dari solebat, imponunt.  
 Æditimus pro munere & more suo  
 dum solito temporius ære campano  
 ad eadem sacrâ vocare Fratres an-  
 nititur, frustrâ est: citius ipsam tur-  
 rim, quam campanam movisset.  
 Fratres ergo in opem advocare: il-  
 li junctis viribus minùs nihilo face-  
 re. Mirari omnes, huc illuc discursare  
 hic, ille; cum unus oculos le-  
 vat, & videt *Raphaëlem* æri campano  
 insidere; qui ad templi custodem:  
 Bene cavisti huc ascendere,  
 certum enim erat tibi hîc Rhodum,  
 hîc saltum ostendere, qui horam  
 precandi anticipare volueris. Sub-  
 inde in turris fastigium evectant  
 adolescentem, præcipitem inde  
 acturi. Subitò omnium Fratrum, &  
 populi qui confluerat, una vox;  
 NICOLAVM Tolentinum invocaret.  
 Id verò tentat, & vix eluctante

D 4 lin-

linguâ rumpit vocem, & exprimit  
nomen NICOLAI. Hoc solo per-  
culsi hostes elanguere viribus è ve-  
stigio, & hospitem suum hospiti-  
umque deserere. At illi visus ob-  
longus palus in manum tradi, ope-  
que invisâ NICOLAI in tutum de-  
poni, deduci que in templum ante  
Eucharisticum Sacramentum. Ubi  
semianimis. adolescens tenui voce  
*Te Deum laudamus* ordiri; prosequi  
Fratres, *Te Deum confitemur*, & hy-  
mnium cum plausu absolvere. Ado-  
lescens exinde sospes & ab omni  
Orci molestiâ liber vixit.

Hæc privata sunt, quæ ex innu-  
meris paucula huc adduximus: pu-  
blica beneficia quàm multæ civita-  
tes tabulis suis æternum commen-  
darunt? Cordubam uno anno cen-  
tum & quindecim inscripsisse, sub-  
scripsisse urbis Antistitem auctores  
non obscuri tradiderunt. Audi-  
te, si libet, unum Stellartium. An-  
no M. DCI. Cordubam pestis in-  
vasit immitis adeò & serpens, ut  
„ nec Medicorum succi aut her-  
„ bæ furentis Furia: impetum fran-  
gere

37.  
Prosper  
Stellar-  
tius Au-  
gustino-  
machia:  
Dissert.  
XVI.

gere vel coërcere valerent.

*pugnatum est arte medendi:*

*Exitium superabat opes, victæq; jacēbant.*

*Adspiceres flētes alios, terraq; jacētes  
Hic, illic, ubi mors deprenderat, exhalantes.*

38.

Cordu-

bam à

peste li-

berat

S. NI-

CO-

LAVS.

Urbem magnam campum dixisses,  
ubi corvi tantum qui edant, aut ca-  
davera quæ edantur. Ab humanis  
igitur ad vota Superum conversi  
præsentem Numinis opem sensere  
languentes. Quosque Æsculapius  
neglexerat, tutelari curæ suæ ad-  
sumpsit SANCTVS NICOLAVS TO-  
LANTINVS. Favorem multis ma-  
gnisque comprobatum miraculis  
sensere non modò cives, sed & ex-  
teri. Unicum jungo, id est primum,  
quo innotuit. Anni præfati mense  
Septembri, puerulus quidam sub  
inguen dexterum vitiatus peste,  
moribundus à matre plorabatur.  
Jam in ovi umbonem malum cre-  
verat; jam nigrorem induerat, jam-  
que in lapidem induruerat. Mater-  
nis oculis nil nisi mors obviabat.  
Et quod fit, dum lacrimas morienti

D s miscet,



„ miscet, osculisque extremum Vale  
 „ dicit, aderant casu commotæ è vi-  
 „ ciniâ aliquot mulieres, & vota  
 „ ploranti commendabant, & adama-  
 „ to filiolo preces. Fervore igitur ple-  
 „ na mater, & S. NICOLAO devotissi-  
 „ ma dudum, non nisi audito Missæ  
 „ sacrificio ad hujus honorem fuso,  
 „ sumpturam cibum se promittit. Le-  
 „ ctulo interim compositus puer  
 „ dormire altum cœpit, qui antea  
 „ gemitibus solvebatur. Admirata  
 „ mater accedit: & curiosâ mani-  
 „ vestem indormienti subtrahens (ô  
 „ stupendum!) nec ulcus nec ulce-  
 „ ris quidem vestigium videt. Prima  
 „ itaque luce, voto factura satis, pue-  
 „ rum comitem trahens rem totam  
 „ templi nostri Sacristæ ordine ape-  
 „ rit. Finito autem Sacro, circumad-  
 „ stantibus plerisque rei novitatem  
 „ stupentibus, dum interrogatur  
 „ triennis ille infans, quis sanasset  
 „ cœpit extenso in altum digitulo  
 „ S. NICOLAI *Tolentinatis* effigiem  
 „ monstrare; &, *hic*, inquit, *me sa-*  
 „ *navit Mater*. Cum illa interim quam  
 „ sanctè ad aras juraret; nec se, nec

mor-

mortalium quenquam imaginem  
 Sancti commonstrasse. Re cautius  
 examinata, accivit omnium ordi-  
 num homines R. Ferdinandus Mo-  
 hedano Cathed. & Episc. Provis.  
 generalis, notarique inter Annales  
 jussit non modo à me citatum, sed  
 & alia plus mille quæ subsecuta  
 Omnium in ore NICOLAVS. Con-  
 ciones, supplicationes, orationes,  
 poëmata in laudes ejus effusa, pu-  
 blicè omnia.

Neque tacent Italiae urbes. *Ame-*  
*ria* (*Amelia* vulgò) Umbriae oppi-  
 dum, arctè circumfessa, cum ab ho-  
 stibus fortissimè oppugnaretur,  
 ipsa verò in D. NICOLAI tutelam  
 se commisisset, eodem die visus est  
 Sanctus in urbis propugnaculo ci-  
 vibus atque inimicis conspicuus, il-  
 lis addere, his animos adimere.  
 Terrore itaque & religione icti  
 hostes, non ausi cum Divis bellige-  
 rare, vasa conclamarunt, & colle-  
 ctis sarcinis obsidionem solverunt.  
 Facti memoria anniversaria est die  
 S. NICOLAO natali, quem *Amerini*  
 cives omnes feriando celebrem ha-

D. 5. bent.

39.  
 Amerinis  
 succurrit.

40. *Florenti-* *sia,* *& Papiē-* *abus be-* *ne facit,* bent. *Florentia* quoque Etruriae ca-  
put & Magnorum Ducum sedes  
*Ticinum* item, Longobardorum  
olim regia, plurimis ab eodem ma-  
ctae beneficiis, in portis suis Divi  
effigiem publicè dedicarunt. Sed  
quid ego urbes commemoro? nul-  
lus est in mundo, ut ita dicam, an-  
gulus, qui non plurimum sancte  
se NICOLAO debere libens fatea-  
tur. Ut omnes alii taceant, panis  
in ejus honorem consecratus lo-  
quetur, qui malorum omnium fa-  
crum alexiterium, bonorum verò  
thesaurus à piis ubique habetur, &  
verè talis est.

S. N. I.

# S. NICOLAI TOLENTINI

## PANIS BENEDICTVS.

**P**ANIS hujus sacrandi origo à Virgine MARIA, usus ab ipso Divo est: qui (ut suprà adnotavimus) cum eo pane, quem Magna Mater indicarat, gravissimum morbum, ex quo æger decumberat, profligasset, noluit hoc pharmacum aliis quoque morbidis invidere. Ubi ubi deinde in oppido infirmus, illic cum suo pane NICOLAUS erat, atque ex hoc buccam dabat ægroto simul & sanitatem. Poterant Medici illic tum unâ litterâ auctiores fieri, & pharmacopolium suum claudere medicamentarii, quando tam facili remedio morbi omnes pellebantur. Sed Divus noster uti minimè avarus, ita diu liberalis esse non potuit. Quid faceret? Desiebat panis; non ægri, & pro ægris rogatores nimium

D 7

quan-

I.  
Panis sacrandi origo, & usus.

quantum importuni. Multa eorum  
 prece victus, bene alteri pani dicit  
 & prioris vicem dat; qui non mi-  
 nus valuit adversus corporum vi-  
 tia. Sed neque translato ad supero-  
 NICOLAO defitum à morbidis a-  
 vetus asylon, monasterium recu-  
 rere, & quem à Divo ipso non po-  
 terant amplius, flagitare à Priore  
 salutarem panem. Hic surdis pa-  
 rum auribus eorum vota audire  
 neque audere hanc sibi potestatem  
 arrogare, quam à Deo accepisse de-  
 vinum Virum plerique omnes cre-  
 debant. Illis verò quiritantibus  
 querentibus negari sibi miseris tan-  
 presentarium medicamen, non po-  
 tuit tandem non assentiri, confi-  
 dens, pani in S. NICOLAI honorem  
 consecrato medicam à cælo virtute  
 tem attributum iri. Neque tantu-  
 lum fefellit. Abhinc ergo *Tolentis*  
 usus invaluit quotannis, quarta  
 Idus Septembris, S. NICOLAO de-  
 facto solenniter hunc panem sacra-  
 re, & in populum dispertiri. Quod  
 deinde Eugenio IV. Pontifice Ro-  
 mano indulgente, sub annum re-

stau  
 alla  
 tran  
 hun  
 non  
 elem  
 deat  
 opus  
 U  
 sticu  
 bus  
 port  
 clita  
 aqua  
 Div  
 est:  
 rum  
 sacra  
 re: i  
 lis p  
 col  
 cuit  
 nem  
 res.  
 exar  
 C  
 dite  
 narr  
 stau

staurata salutis ∞ CD. XLVI. ad  
 alia omnia per orbem monasteria  
 transit. Certè prodigijs tam raris  
 hunc panem Deus nobilitavit; ut  
 non modò in morbos, sed in ipsa  
 elementa potestatem accepisse vi-  
 deatur. Non est hìc multis verbis  
 opus, opera loquantur.

Usu aliquando venit mare Ligu-  
 sticum à fundo turbatum, stridori-  
 bus tam horrendis indignari, ut in  
 portu Genuensi naves omnes peri-  
 clitarentur. Adversus inusitatam  
 aquarum intemperiem ad omnia  
 Divorum pulvinaria supplicatum  
 est: per urbem cum solenni clerico-  
 rum & civium pompâ circumlata  
 sacra ipsana, minus nihilo profecé-  
 re: in valescebat in dies implacabi-  
 lis pelagi rabies. Postremò ad S. Ni-  
 colai præsidium confugere pla-  
 cuit, ejusque honori sacratum pa-  
 nem in undas projicere: qui statim,  
 res nova! omnem maris iram ita  
 exarmavit, ut Alcedonia crederes.

Qui mare Adriaticum, qui Me-  
 diterraneum navigant, memoriter  
 narrare solent, quanta hujus panis

2.  
 Panis  
 S. NICO-  
 LAI mare  
 iratum  
 sedat.

3.  
 Naufra-  
 gio peri-  
 clitantes  
 liberat.

VII-

virtus sit: quàm multæ à procellis  
& decumanis fluctibus nequid  
quam oppugnata; portum salu  
tenuerint; aliæ sine hoc præsidio  
naves, tempore & tempestate in  
dem expugnata, fluctibusque hauri  
stæ sint.

nomina-  
tim Wolf-  
gangum  
quedam.

A mari ad fluviorum omnium  
regem Danubium transeo. Ad ri-  
pam ejus sinistram in Boicâ mun-  
tissima urbs est *Ingolstadium*, quam  
ANGELO-STADIVM nunc jure me-  
rito appelles; ubi tutelares Germa-  
niæ ANGELOS excubias servavit  
certum est, quando Romani Imper-  
rii latro, & gloriæ Austriacæ odium  
professus Rex Gothorum GYSTA-  
VVS ibi columnam Herculeam fa-  
gere coactus, & ire plus ultra prohibi-  
bitus est: ut uni ANGELO-STADIV-  
DIO Imperii servati laudem, re-  
pressi Tyranni gloriam Custodi-  
bus bonis GENIIS debeamus. Hic  
*Ingolstadii* dico, anno post Virgi-  
nem parientem 100. XIII. post  
stridie SS. Simonis & Judæ Apo-  
stolorum, ratem aliquot vectores  
conscenderant, numero omnes, nisi  
me-

memoria me fallit, quadraginta,  
 Ratisponam secundo flumine peri-  
 ruri. Sed altero statim milliari ludi-  
 brium Danubio debuit ad pontem,  
 qui Foburgum oppidum cum altera  
 ripâ conjungit, illisa navis, & in  
 partes lacerata. Sarcinæ, tabulæ, viri  
 natabant in undis, miserando ulu-  
 latu Divos atque mortales omnes  
 in auxilium advocantes. Inter eos  
 quidam ex Societate IESU religio-  
 sus sacerdos ad *Παυδοργεβίαν* destina-  
 rus, qui sese aliosque cum fluctibus  
 luctantes ad Christianam mortem,  
 quam præsentem oculis cernebant,  
 pio clamore excitabat. Erat quo-  
 que ex *Augiâ Monacensi* homo  
 mercenarius *VVolfgangus Prandtl*,  
 cui sacer paniculus (quo sine nun-  
 quam erat) tunc opportuno præsi-  
 dio fuit. Simul enim naufragii dis-  
 crimen apprehendit, voto ad D. NI-  
 COLAVM concepto, rapit è sacculo  
 panem, & in flumen projicit. Dum  
 ergo alii totum cælum, ille Deum  
 suum confidenter invocat, & præ-  
 sentem sensit: ille quoque solus,  
 dum aquis reliqui hauriuntur, mer-  
 gi

R II  
 30 c



gi non potuit ; sed ancillanti-  
 pietati aquis veluti sedens placio  
 defluit, donec in natantem mulie-  
 rem gravidam offendit, quæ (ut  
 lent periclitantes ) tenaci man-  
 utraque fortiter virumprehendit  
 illique adhæsit non excutienda  
 pendix. Sentit onus *VVolfgangus*,  
 expedire se nequidquam conatur  
 Ita natat *Feringam* usque, plus hu-  
 ram solidam, dum fluctuum be-  
 ficio ad ripam appellit, & cum  
 prægnans femina, naufragii peric-  
 lo jam libera, terram tenet. Et  
 suum miraculo ornamentum  
 gulare addam; neque pileum *VV*  
*gango*, neque collare lineum aquæ  
 vel leviter madidavit. Ille statim  
 voti se absolvit, cereosque bini  
 D. NICOLAO suâ, presbyteri ve-  
 manu Deo incruentum sacrificium  
 obtulit.

4.  
 Incendia  
 extinguit.

Flammas autem extinguere om-  
 ni aquâ melius, Patavini cives  
 nes testimonium dicent, qui fura-  
 tem magno fragore, & sine divi-  
 opè inextinguibilem ignem inje-  
 S. NICOLAI paniculo opprimi

pentè viderunt. Et Venetorum aug-  
gusta illa basilica, quam S. Marci  
palatium vocamus, in cineres ivif-  
set, Rempubliam moderante *Ioan-*  
*ne Mozanigo*, nisi depopulante ob-  
via quæque flammam panis hic  
subitò exarmasset.

Memorable est, quod anno post  
narum Servatorem ∞ 10. XXVI.  
accidisse in regni Toletani oppido  
Cginchonensi narrant. Fortuito sed  
fædo inprimis incendio domus  
ibi quædam conflagrabit. Dum er-  
go civitas omnis effusa sopiendo  
igni diligentem sed inanem ope-  
ram impendit, quidam ex mona-  
sterio Augustiniano (quod celebre  
illic est, & *Dominæ nostræ Vallis-Pa-*  
*radisus* dicitur) invocato bonâ fide  
NICOLAO, sacratum paniculum  
projicit in medias flammæ. Nec  
mora: omnis undique ignis do-  
mum deserere, ac concurrere, &  
conglobatus unum unicum hunc  
panem quasi obsidere, deinde simul  
momento intermori. Extincto jam  
incendio curritur undique ad exa-  
minandum paniculum: at illum  
oculi

5.  
Palatium  
S. Marci  
Venetiis  
ab igni  
servat.

6.  
Flammis-  
tem vali-  
dè ignem  
in Hispani-  
niâ op-  
primat.

R II  
36 c



oculi omnes vident inviolatum  
 probant manus omnes à flammâ  
 læsum. Neque aliter pronuntiat  
 Madrigalensis cœnobii (MADRIGAL  
 Regalis titulûm habet) Augustini  
 na Antistita, Ferdinandi Catholici  
 Regis filia, cui prodigiosus hic  
 nis pro basilico dono oblatuſ est.

7.  
 Morbum  
 difficilem  
 curat.

Hæc ejus supra naturæ modum  
 vis divina in elementa: in morbo  
 haud paullò major fuit. Unæ forſitan  
 Venetiæ adeundæ: indidem exen  
 pla & manifesta & satis multa pe  
 possunt. In parœciâ illic, quæ S. V.  
 talis nomen gerit, femina quædam  
 morbo difficili juxtâ ac pertinaciter  
 miserè exercita, non lento jam pe  
 in mortem ibat. Medici quoque  
 eam abjecerant. Sed nondum an  
 mum ægra, quem à malagmarum  
 humanis ad sacrum D. NICOLAI  
 panem convertit. illum sumit  
 cum voto dandi stipem monast  
 rio, cui *Vallis manentis* nomen ce  
 bre est à purgantibus flammis, quæ  
 Divus noster olim, ut antè dictum  
 illic magno animarum bono videtur  
 Sumit, inquam, panem ægra, & v  
 ribi

ibus sensim suis integrè restitui-  
tur.

Ibidem in alterâ, quæ S. Raphaë-  
lis titulum præfert, parœciâ virgi-  
nem morbus atrox oppresserat, le-  
cto que annos non minùs sex ita af-  
fixerat, ut transferri non posset nisi  
viribus alienis. Depositam à Medi-  
cis hortatur nescio quis, medici-  
nam Tolentinam periclitari, quæ  
infirmis admodum multis præsentì  
auxilio fuisset. Sapit isto monito  
clinica, fidemque & fiduciam con-  
cipit, ac sacrum sibi panem statim  
ministrari postulat. Gustat: & eo-  
dem adhuc die sentit cruciatus de-  
crescere; altero deinde vires accre-  
scere; sexto demum exurgit è lecto,  
vestit se, ambulat, facitque quod  
fani alii, ipsa planissimè sana.

8.

A Medicis  
depositam  
erigit.

Non egredior Venetias. Detinet  
me hîc Scriba quidam (Notarium  
vulgò dicunt) vir honestis & anti-  
quis moribus: sed quem atra bilis  
agitavit & abripuit in mentis gra-  
vem furorem. Nulla Medicorum  
fomenta, aut unguenta hanc ei re-  
stituere poterant, NICOLAVM pre-  
ce

9.

Demen-  
tem resti-  
tuit.

ce adit soror, & fratrem enixè com-  
mendat : sacrum deinde ejus pa-  
nē cum cibario quotidie ei in me-  
sā proponit. Et ecce, quem totæ An-  
ticyræ purgare non potuissent, pe-  
niculus hic, anno vixdum exacto  
ad pristinam & firmam mentis san-  
tatem reduxit.

IO.  
Partu-  
rientem  
adjuvat.

In eadem urbe, & S. Angeli pa-  
rœciâ *Gratiosa* laborabat in difficili  
partu, & jam prope vitæ ultimū  
discrimen erat. Panem hunc pro  
ore sumit, & prolem statim incol-  
mem læta mater enititur.

Redambulandum nunc ad S. Vi-  
talem, ut partumeiam ex infœcun-  
dâ redditam mulierem admiremur  
nisi tibi defatigato fortasse, pro  
more Veneto libeat potius scaphis  
per liquidas plateas, quàm pedibus  
per strata viarum gradi. Hic, dico  
mulier fuit, quæ in sociali thalamo  
sed sterili illo multos annos jacue-  
rat; percupida autem liberorum  
Divo se NICOLAO quàm potius  
studiosissimè commendavit, pro-  
misitque filio, si exaudiatur, Sancti  
nomen imponere. Dixit, & pro-

II.  
Mulier  
infœcun-  
dæ pro-  
lem dat.

steri-

sterilitatis antidoto, panem sacra-  
tum sumpsit. Nondum quatuor &  
decem dies abierant, cum mulier  
foetu gravida, filium deinde edidit,  
quem ex voto NICOLAVM nuncu-  
pavit.

Neque silentio involvendum  
est, quod maximè apud omnes sacri-  
panis pretium auxit, verè miran-  
dum miraculum. Die, quem suo  
NICOLAO festum Augustiniani ce-  
lebrant, Florentiæ venerabunda  
quædam mulier multo se manè ad

ædem proripuerat relictis domi in-  
grabatulo duobus filiis. Eorum al-  
ter infans non repertâ matre plora-  
re altum, & ejulatû tecta complere:  
alter cui ætas judicii aliquod sed  
tenue, & adhuc obscurum lumen  
dederat, fraterculum suum placare,  
& quo maternæ absentia: tædium  
falleret, clavum in manus tradere.  
Hic verò, uti fieri amat, eum ori  
indere, & in fauces dimittere. Fer-  
ro isto obice parvulum guttur ob-  
fessum, doloris lacrimas infanti ex-  
pressit; vocem non poterat, cujus  
viam occluserat. Redit interea à  
rem-

12.  
Pueri pene  
suffocato cla-  
vum è  
fauce eri-  
pit.

12.  
Pueri pene  
suffocato cla-  
vum è  
fauce eri-  
pit.

211  
30 c

templo mater, & in filiolum suum  
 carbone atro atriolem tantumque  
 non præfocatum offendit; con-  
 sternata, ululabili clamore statim  
 omnem viciniam suppetiatum eve-  
 cat. Tentare omnes aliquid: sed  
 frustra omnes. Mater ergo plene  
 pietatis, quam in æde conceperat  
 omissis aliis ad S. NICOLAVM  
 vertit, panisque sacri frustillum  
 pueri osculo intrudit. Et ecce, re-  
 stupenda! vertit quoque clavus  
 infantili gutture, & sponte se eji-  
 cit. Mater, vicinia omnis lætitiã gestu-  
 re, & miraculi magnitudinem tota  
 urbe divulgare.

Si nondum re labor hic delassa  
 vit, Pegasus conscende mecum,  
 ad Eburones in Belgium transvolans  
 Leodii audies rem miram, & nulli  
 antè auribus usurpatam. Illic an-  
 no 13. LXXXIV. mulieri quædam  
 alicui è multis filius erat nequam  
 in paucis memorandus; lascivus  
 vagus, effrenis, uno verbo, nihil  
 Mater sana illi verba multa & cre-  
 bra oggerere, sed hoc erat aquam  
 acerbam ingerere; verbera addere

13.  
 Mentem  
 adolefcnti  
 in quie-  
 tam com-  
 ponit.

nonnunquam, sed id erat lapidem  
 verberare. Neque sermonis blandi-  
 mentis, neque pœnarum rigore fle-  
 cti poterat, qui jam verecundiæ &  
 timoris septa transfiliisset. Ille ergo  
 ludum suum ludere, & solenne te-  
 nere: cum infami juvenum collu-  
 vie esse assiduò, urbis popinas obi-  
 re, exire urbem, vagari per pagos,  
 & diffuere in omnem vitæ licen-  
 tiam. Perplexa mater, & nescia quo  
 pacto filium erronem in virtutis  
 viam reduceret, meminit è sacro  
 pulpito audisse aliquando PANIS  
 TOLENTINI vim eximiam in om-  
 ne morborum genus. Adit cœno-  
 bii Augustiniani Præfectum (is erat  
*Thomas Gratianus*, vir pius juxtà &  
 circumspectus) panemque hunc ab  
 eo impetrat. Edocta modum, quo  
 cum fructu uti possit, filio suo pran-  
 suro apparat delicatum pulmen-  
 tum, in eoque de sacro pane ali-  
 quantum friat. Dum ergo à plateâ  
 esuriens redit, & cibum poscit,  
 mensa hæc illi proponitur. At ille  
 cupidè in cupedia hæc involat,  
 tuburcinaturque, & utraque malâ  
 E exple-



expletâ avidè vorat. O rem stupendam ! Crederes helleborum propinatum homuncioni, ita purgatum subitò, & oleo tranquillitatis cerebrum illi deinceps stetit. Videres non ultrâ domo profugere, non efferre pedem longius, quam imperaret mater; mores suos componere denique, & modestiæ jam esse ipsum exemplum.

I 4.  
Energumenam liberat.

Quæso te, Lector bone, perfringe hic paulisper & obdura, dum audias, quod tacitus præterire non possum. Convenerant puellæ aliquot, & more suo in cubiculo quodam nugabantur. Earum una novennis dum fortè ad capillos, quos nuper in morbo ei detonsi fuerant, manum admovet, & non satis perterrita nutu excrevisse experitur, indignata, *Capillos istos, ait, malus demones auferat.* Contubernales, quæ aderam, imprudentem pro merito arguerunt, at illa impudens etiam repetens, *Malus demones capillos istos, quanti sunt, auferat.* Hæc asperioribus verbis castigare vesanientem: tum illa furibunda tertium iterare; C

*illos istos & ipsam me demon malus rapiat.* Hæc verba elocutam diabolus occupat. Inde puella in pedes exilire velociter, strepere, furere, & non obscuris argumentis hospitem suum confiteri. Stupent omnes larvarum infernalem tragœdiam; & puellam paullò antè tam quietam, ita subitò in lasciviam infamem dissolvi. Usu venit ad ægrum deferri Eucharisticum epulum: vocant ergo familiares puellam ad ostium, ut transeuntem Christum salutet. Renuit illa: trahunt isti etiam ingratis, & in genua procumbere, atque adorare Deum jubent. Sed illa in contumelias nefandas effunditur, & exertâ linguâ sannisq; impiis eum irridet. Ut jam satis comperitum esset, furiis infernalibus misellam agitari. Ad sacra ergo remedia itur. S. NICOLAI paniculum sumendum offerunt. illa verò negat sibi placere cibum, qui dentes nimio stupore ligaret. Vi in os illi immittitur: sed eum excreat continuo. Subinde aquâ alius maceratur, & in guttur illi manibus vio-

lentis apertum infunditur. Simul  
de pane pauxillum stomacho illa-  
tum est, posuit sæva illa tempestas,  
menti que sua malacia rediit. Ne-  
vum & mirandum spectaculum.  
Quæ antea horrendum vocifera-  
batur, fremebat, frendebat, insanie-  
bat; nunc humi sedet junctis plac-  
dè manibus, mansueta, & tacita:  
donec rogata, quis eam perfanasset.  
Divum NICOLAVM nominavit.  
Ducta ergo ad Sancti aram, salutem  
ei suam pleno & pio ore gratula-  
ta est.

15.

Curat pe-  
riculose  
febrien-  
tem.

Sed dum foris tam multa mira-  
mur, penè excidissent, quæ domi  
non ita pridem evenere multò mi-  
ximè miranda. Adest ubique Ni-  
COLAVS invocatus; adest in omni  
genere miseriarum. Fuit in urbe  
Belgii, immò totius Europæ prin-  
cipe, *Antverpiâ*, *Petrus Phalesius*, a-  
pographiâ Musicis omnibus nota-  
simus, non nemini civi à pietate  
probitate. Is mense Januario an-  
ni ∞ 1706. XIII. jacebat in mor-  
timine, oppressus à violentâ febre  
quæ effectum ejus corpusculum

(plusquàm septuagenarius erat) exercuerat quatuordecim totos dies crudelem in modum. Jacebat, inquam, à Medicorum filiis depositus, ne dicam abjectus: sed erigere patrem bonis verbis piæ filia conata sunt: *Ab humanis remediis ad Calitum praesidium confugiendum esse; ope divinâ revixisse plures, de quibus homines conclamaverant.* Esse inter Divos NICOLAVM Tolentinatem, in rebus desperatis sidus salutare. Ad eum se moribundus verteret, & certam salutis spem conciperet. Nemo non libenter audit, quando de salute sermo est. Facit ergo pater, quod jubent filia, & benedictum paniculum sumit piâ cum confidentiâ. Inde ad quietem se componit; & verò quiescit: dum sub mediam noctem videt utroque obtutu planè aperto, & vigilans, aërem hiscere, & quasi ab ultimo caelorum descendere Deiparam; ponè illam in veste pullâ Augustinianû Monachum: quos utrumque stipabat Angelicus chorus, suavissimis modulis Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes* incin-

nentium ; quibus & ipse æger jam non æger, sed inusitato gaudio veluti ebrius suam quoque vocem junxit. Ad quem deinde S. NICOLAUS : *Ne metue ; pro te apud Deum intercessi : hic morbus non erit tibi mortalis.* Simul hæc dixit, omnes dispersuere. Petrus verò non lætitiâ, vix se capiens, voce vocalissimâ filiam suam appellans, *O mea nata Magdalena,* inquit, (id virgini nomen est, vivitque etiamnum Deo devota) *quid ego vidi hodie ?* cumque diu præ gaudio loqui non posset lacrimis vocem interturbantibus, singultiendo tandem insperati spectaculi ordinem recitavit. Ut omnium non fuisse crederes, eventus ostendit : nam eo ipso temporis puncto melius habere visus est, & intra paucos dies plenè valere, atque super sanus vivere totum omnino & amplius decennium.

16.  
Mulieris  
vehemen-  
tem &  
diutur-  
nam pa-  
ralysin  
curat;

Recens est quod addam, gestum pronuper in oculis nostris, oppidum mirabile & memorabile. Est hic *Antverpia* dico, egregium par conjugum ; ille *Bartholomæus van Eeck*

*hove* nomine, opificio stannarius, ista *Maria de VVael*: quæ nescio quo tristiori nuntio inopinatò perculsa sensit desubitò sinistrum sibi latus acutissimo dolore affligi. Medici acciti pleuritidem credere, & fomenta sollicitè, sed frustra adhibere. In dies malum increvit, diffuditque se ad pedis usque volam. Neque ibi steterit: sed dexterum quoque pedem, & quod supra illum est ad pectus usque invasit, infestumque habuit eodem tormento. Jam multò sollicitius, sed nihilò felicius laborare Medici, & totos tres annos omne genus pharmacis, unguentisque, & ferventibus balneis morbum istum oppugnare, sed non expugnare. Cumque in urbanis Medicis nihil præsidii esset, placuit circumforaneum, qui casu tum advenerat, accersere. Ille verò examinata muliere, insigni cum confidenti loquentiâ; *Medicorum*, inquit, *nimis multa manus tibi, ô bona, pedes perdidere. Nisi à calo tibi salus veniat, tota periisti.* Vaticinari visus est: nam haud multò post solutis nervis pedum

dum omnem prorsus usum perdidit. Iterum itum ad pharmaca, fomenta, balnea: itum, inquam, annos omnino quinque. Vin' sciri quàm inauspicatò? Crura retrosum flexa, calces natibus adhaesere: genua sibi invicem connexam arctè rigideque, vix ut tantillum viribus omnibus divellipotuerint, quo lineum discrimen interciperent, ne computrescerent. Globum dixisses, non mulierem, quem in lectulo volubant, revolvebantque alienæ manus. Immò vivum cadaver erat in quo plus mortis quàm vitæ invenires; nempe, cui totum infimum umbilicum corpus omni sensu exutum vitalis calor destituerat. E hunc globum è lectulo in sedem collocabant quotidie domestici cum pedes antèa vi magnâ à clavis avulssissent, fasciisque contra casum vinxissent, & ad officinam veluti ad spectaculum omnibus deportabant. Sic vixit, hoc vivere est, integrum bionium. Medici interim artis om

nia remedia experiri ; divinum  
 etiam Augustiniani suggerere, &  
 dare sacrum paniculum : quem  
 sæpè sæpius sumpsit ægra, sed ut  
 illa ipsa fassa est, nullâ aut modi-  
 câ cum fiducia ; donec filius ejus  
*Adrianus* suâ pietatem matris ac-  
 cenderet, & salutis spem faceret.  
 Is fortè è templo Augustiniano à  
 divinis laudibus redibat, & (Di-  
 vo NICOLAO natales dies erant)  
 paniculum sacrum ( distribuere  
 tunc mos est) afferebat. Redibat,  
 inquam, tumentibus oculis, & à  
 lacrimis, quas pro salute matris  
 fuderat, rubentibus, rogatque  
 eam, ut isto vespere hunc sumere  
 ne gravetur cum certâ in Deum  
 & D. NICOLAVM confidentiâ. Di-  
 gresso filio, pater materque mira-  
 ri & laudare *Adriani* sui pietatem,  
 & collacrimari. Illa quoque sa-  
 lutem jam non desperare; & *Quid*  
*si, inquit, filium tam pium Deus au-*  
*diat, & in matre patret miraculum?*  
*potens est enim.* Quid multa? sum-  
 pto paniculo in lectum deponi-  
 tur; tollitur postridie, & sellæ

E 5 pro



pro more alligata ad officinam  
deportatur. Inde, sacrum suo Deo  
vo canentibus Augustinianis  
regione templi habitat, ad quod  
& aram liber ei prospectus est  
Deo se & NICOLAO calidâ prece  
commendat. Dum tota in eo est  
ecce, sponte rumpuntur fasciæ, quæ  
nua se distendunt, extendunt pe-  
des. Mulier maritum inclamare  
& animo delinquit. Ille accurrens  
& quid desit, rogare. Tum ad  
reversa continuo mulier: *Quid  
mihi desit?* ait, *sentio D. NICOLAO  
invisam manum, sentio miraculum  
& nisi fallor, pedibus insistere posse  
deor.* Simulque surgere conata est  
& stetit, sed non satis firmo vesti-  
gio; quia nondum plenum robur  
nervi acceperant. Experta est de  
inde sibi vires subnasci, ambulare  
vitque, & nunc ambulat pedibus  
reliquoque corpore sanissima. Me-  
dici non credere factum prius  
quàm oculos arbitros adhibuit  
sent: tum in NICOLAO Deum lau-  
dare, illique curationem hanc  
tam adscriptum ire.

Sift

Sisterem hic gradum, nisi me re-  
vocaret *Corduba* multò illustrius  
omnibus jam dictis prodigium  
denarratura. Cum fœdissima ibi  
lues, ut suprâ notatum est, imma-  
niter grassaretur, invasit fortè de-  
cennem puerum; qui ad Medicum  
pestilentia arbitrum à patre ad-  
ductus, examinatusque, scriptum  
morbi sui testimonium accepit,  
quod publicum ei nosocomium  
aperiret. Sic autem loquebatur:

*Admittatur IOANNES puer decen-  
nis, quem contagiosa febris occupavit,  
& pestilens in altero inguine carbūculus.*

IOANNES FERNANDEZ DE ALFARO.

Acceptâ hac schedâ puer; *Amabo  
te, inquit, pater, prius quàm ad noso-  
comium ambulemus, sacrum mihi pa-  
niculum trade, & per eadem Augusti-  
niam viam nostram institue, ut Di-  
vo me NICOLAO brevi oratione com-  
mendem.* Satis puero facit bonus  
pater, & per D. Augustini, ad noso-  
comium deduxit omnino elan-  
guidum. At verò ubi se deseri à pa-  
tre filiulus videt, sanctum NICO-  
LAVM voce lacrimante vehemen-  
tius

17.  
Servat  
puerum à  
pestilea-  
tiâ.

tius implorare cœpit. Intrò jam ductus nosocomii Præfecto schedam Medici, ostendit: ille inspicit, legitque (ò stupendum miraculum.

*Non admittatur IOANNES puer decennis, quem nulla febris contagiosa occupat, nullus in altero inguine pestilens carbunculus.*

IOANNES FERNANDEZ DE ALVAREZ Miratur Præfectus, & oculis suis pueri omnia membra examinat, nullumque reperit morbi vestigium. Remittitur ergo *Ioannes*, qui patrem ante urbis portam, quam exierant, assequitur, sanusque integer lætum patrem comitatur.

Corollarium nobis urbs Hispaniæ Corduba dabit, non minus lepidum quàm admirandum. Id habeo ex ore viri boni, qui oculis suis præsens spectator adfuit, & mihi aliisque ex fide testatur. Piscatores, hominum patientissimum genus, in Bæti fluvio, quæ regioni nomen facit, & Cordubæ muros alluit, jactando retia noctem perdiderant & bene magnam partem diei ejus, qui Nic

18.  
Piscantibus propitius est.

LAO nostro sacer est : dumque eorum unus quispiam ex campanarum plurium solenni sonitu, quem Augustiniani edebāt, divinat quod res erat, sancto NICOLAO festam lucem esse, exscendit, urbem intrat, & rectā abit ad ædem sacram. Brevi oratione Divum veneratus, paniculos aliquot à sacrarii præfecto aufert, reditque ad socios suos. Audi, amabo te, stratagema piscatoris. Flectit humi genua, vultum ad Augustinianum templum; &, *O sancte NICOLAE*, inquit, *si piscatus meo animo optatus tuâ ope obtigerit, prædam dimidiatam Fratribus tuis donare spondeo.* Dixit, & retibus singulis singula paniculi frustula alligat : explicat, & in flumen dimittit ad prædam. Non multò post attrahit, educitque incredibilem vim ingentium piscium, qui sex mulos gravarent. Statimque partitione æquâ tres ad Augustinianos jubet transire, tres itidem sibi sociisque onerat.

Sed penum hunc sacrum claudam, priusquam panis tam multus

fastidio sit, & ad pinacotheca  
te bone Lector deducam, ut  
novam amoenitate oculis tuis ep  
has dem, & prodigiosam Imag  
nem objiciam.

S. NICOLAI  
TOLENTINI  
IMAGO PRODIGIOSA

**Q**uo tempore Eugenius  
qui NICOLAVM nostrum  
sanctorum catalogo inser  
psit, ad Ecclesiae Catholicae gube  
naculum sedebat, Divi hujus ima  
go in aede Tolentinam sudoribus  
ta perfundi, plurimum oculis  
est. Confluxit ad inusitatum spe  
ctaculum civitas tota: accurrunt  
ter alios ipsius Eugenii Pontificis  
Legatus, & Provinciae Picenae Gu  
bernator; qui atronitus ad alia  
non minus stupentes: Videbit  
ait, subitam aliquam in Dei Ec  
clesiam immutationem. Et postea  
statim die advenit non voluptabi  
lis nuntius de Romani Pontificis

obit  
LAI  
fuda  
A  
no  
Dec  
Div  
prod  
ade  
lam,  
gent  
COL  
pian  
nem  
lam  
Adv  
toto  
fieri  
simil  
tentu  
fluer  
nus  
ris e  
Ipse  
gium  
rator  
qui d  
lerun  
ob

obitu; qui eadem horâ, quâ NICOLAI imago, in agone vitæ extremo sudaverat.

At verò post Deum natum anno  $\infty$  10. XCIII. octavo Calendas Decembris vidit Roma in ejusdem Divi imagine multò alium magis prodigiosum sudorem. Dum in æde nostrâ quæ S. MARIAM tutelam, de *Populo* cognomen habet, in genua provolutus ad aram S. NICOLAI populus orat, unus quispiam curiosiore oculò in ejus iconem intentus, videt hîc illic tabulam sanguineis guttis purpurari. Advertere idem alii atque alii, & toto jam templo accursus ingens fieri, miraculum omnes attonitis similes observare. Ad novum portentum statim Urbs omnis confluere, & mirari stupentes non minus uberem quàm diurnâ cruoris ex aridâ tabulâ stillationem. Ipse summus Pontifex, qui prodigium ex rumore acceperat, exploratores misit gravissimos viros, qui de rei veritate ad eum retulerunt. Factum historiæ suæ Joannes

nes

112 VITA S. NICOLAI TOL.  
nes Marquisius *a* inseruit; Jacobus  
quoque Gaulterius è Societate  
sv presbyter eventibus raris ad-  
scripsit: neuter tamen, quid per-  
tenderit, divinavit. Sed & mihic  
neque cæli arcana penetrandi  
est, neque ariolandi animus.  
clauso Dei sinu libens manum ab-  
stineo: quin immò hîc omnino  
tollo de tabulâ. Si quem miracu-  
lorum satietas nondum tenet, ad-  
eat licet *Ambrosium Senensem*, *Al-  
cobum Alberici*, *Ambrosium Frig-  
rium*, *Hieronymum Roman*, *Christi-  
phorum de Busto*, *Ioannem Baptistam  
Carminatam*, *b* aliosque plures, qui  
non modio, neque trimodio, ve-  
rùm toto horreo demensa hæc  
libi dabunt.

*a* Ioannes Marquisius in *Clemente VIII*  
*Iac. Gaulterius in Tab. Chronogr, sac.*  
*f. 749, col. 6.*

*b* V. præterea *Ambrosium Goranum*, *Al-  
sephum Pamphilum*, *Iordanum de Saxonia*,  
*Bernardum Navarro*, *Petrum de m...*  
*Rub. Georgium Maigretium*, *Ioannem N...*  
*vium*, *Michaëlem de Emporio*, *Andream*  
*Gelseminum Episcopum Asculanum*  
aliosq.

I. B.

I. BAPTISTÆ MANTVANI

CARMELITÆ

THEOLOGI, ORATORIS, ET POETÆ

Clarissimi

NICOLAUS TOLENTINVS

EREMITA AVGVSTINIANVS

A D

IOANNEM TOLENTINATEM

EQVITEM AVRATVM.

*Ab innumeris mendis, quibus  
scatebat, emendatus.*



IOANNES PICVS  
BAPTISTÆ MANTVAN  
CARMELITÆ, S. P. D.

**O**LIM ad te non scripsi, Pa  
optime, sed interim legi q  
scripsisti, divina scilicet, atq  
sanctissima tua poemata, in quibus earu  
rerum majestas, is splendor est eloque  
tia, ut certatim in illis palmam sibi ve  
dicare verba, atque sententia videantur.  
Felix qui velis optima, eadem & possi  
felices nos, qui non solum legere, q  
scripsisti, sed etiam te amare, te vider  
te alloqui datum est. Dives hic mihi m  
teria, & qua non epistolam, sed iusta  
volumen impleat, si evagari me in la  
dandis tuis poematis vel imbecillitas  
neret nostra, vel pudor tuus. Hoc una  
dixero, delectari me adeo lectione tu  
rum carminum, ut ferè quotidie, cum  
vel tedium, vel fatigatio ceperit, in il  
quasi in hortum deliciarum solitus  
fecedere: unde animo tanta semper  
oritur voluptas, ut nihil cupiat mag  
quam iterum fatigari, ut iterum recre  
tur. . . . Florentia XIX. Sept. M. cccc.

S  
AN  
BAPTISTÆ MANTVANI,  
NICOLAVS TOLENTINVS

A D

IOANNEM TOLENTINATEM

EQVITEM AVRATVM.

LIBER PRIMVS.



*Vndamenta novi jaciens amplissima  
mundi*

*Ille opifex tantorum operum, sine  
corpore quadam*

*Fecit, & humanos non admittentia sensus.*

*Hac ea sunt quæ morte carent: cum corpore qua-*  
*dam,*

*Vt rari stellarum ignes, & quatuor ista*

*Corpora, quæ rerum veteres elementa vocarunt.*

*His quoque corporibus, quæ fecit inania vita,*

*Simplicitas quadam viuentia corpora junxit.*

*Terram homini dedit, & mutis animantibus:*  
*alta,*

*Æquora, piscososq; lacus, & flumina fecit*

*Pervia Neptuni gregibus: leve sustulit aër*

*Alituum genus, & liquidis suspendit in auris.*

*Conjunctos autem tectis caelestibus ignes,*

*Astraq; concessit sancta consortibus aula,*

Ac

Ac loca mundanam circumlabentia molem,  
 Quæ formâ, quæ sine carêt, incognita quæ sunt  
 Quæ plerique vocant Chaos, indigesta quæ rerum  
 Semina, materiamquæ rudem, Deus unde recepit  
 Hoc opus: unde trahat posthac quodcumque  
 creandum est.

Tam dives Chaos, in talem se extendit abyssum  
 Materia informis tantam se laxat in abvum  
 Spirituum, primo rerum quos fecit ab ortu  
 Omnisator, pars una suum mirata decorem  
 Cum nollet parere Deo (prestantia forma  
 Prona est in vitium semper) migrare coacta  
 Ac mutare domos, & in hæc mortalia lapsa  
 Regna volatilibus similes ventosa peragravit  
 Aurarum spatia, & terrâ pelagoquæ feruntur  
 Instabiles, loca quæ rentes ubi sistere possint.  
 Quidam etiam pulsati in tenebras Acherontis  
 opaci

Exilia aeterno lugent aeterna dolore.  
 At Deus & Superi, qui cum Genitore fruuntur  
 Imperio cali laceros sarcire penates,  
 Desertosquæ implere locos tum protinus orsi.  
 Ergo hominum quotquot possent frenare tumultum,  
 Bellaquæ, & atroces iras septemplicis Hydræ,  
 Quæ colit in nostro stagnantem corpore Lernæ  
 Decrevère animas profugis succedere Divis  
 Atque ita Calituum grandem supplere ruinam

Tum Deus in terris faciens plantaria calo,  
Cæpit in humanam curas extendere gentem  
Amplius, & formare homines ad Olympica re-  
gna,  
Præceptis, ac lege docens, quo tramite niti  
Posset ad Elysios soboles Adamica campos:  
Ac duplex ostendit iter. Via prima salutis,  
Quam natura tulit, Virtus fuit: altera verò  
Gratia nomen habet. Virtus primordia tanti  
Est aggressa boni, statuitq; in limite recto  
Humanos animosa pedes: vestigia in ipsam  
Vertit honestatem, duro scelus ausa capistro  
Infrenare quidem, sed Divium evadere ad arcem,  
Et perferre gradus usque ad penetrabilia mundi  
Limina, non potuit. res est nimis ardua calum.  
Magna tamen, si facta legas antiqua, videbis  
Qua pelago, & terris gessit miracula quondam.  
Barbara corda, rudes animos, genteq; superbas  
Conciliavit, agens homines, qui more ferarum  
Principio errabant juga per montana, per agros,  
Vnius ad morem victus. hinc oppida, & urbes,  
Et regna, & quondam populorum numina reges.  
Adspice Persarum regem, qui fluctibus altis  
Cinxit Athon: cerne excelsas consurgere turres,  
Et superinductos cameris pendentibus arcus  
Sub se avibus præbere viam, subterq; sonantem  
Horrendum intortis undarum molibus Istrum.  
Hoc struxit Trajanus opus, dum barbaræ regna  
Ful-

Fulminat, atrocesq; petit certamine Dacos.  
Iulius audacis Rheni grave murmur, &  
dam

Præcipitem latè effusam, tortoq; minantem  
Vortice subiecit plantis peditumq;, equitumq;  
Tanta sequens exempla nepos conjunxit A  
xera

Armenium, pressitq; iratum exercitus am  
Indomito bacchantem æstu, raucoq; tonan  
Mugitu, & terga in gyrum spumosa rotant  
Hæc fecit, quæ corda parit sublimia Virtus.  
Neu decus Heroum pereat, sed duret in at  
Perpetuos, incidit in æs, in marmore signat  
Arma, triumphales pompas, insignia facta  
Mittit in annales, statuas excudit & arcus,  
Atque suos, utcumque potest, extollit alumn  
Et cum multa ferat præclara & grandia  
tus,

Nil majus, nil utilius, nil sanctius isto  
Ferre potest, quod corda hominum captiva  
nentes

Dissipat affectus, ut spemq;, iramq;, metumq;  
Atque voluptates blandas, ceu nubila ab E  
Missa fugat Zephyrus, Boreas venientia  
Austro.

Hæc duce, quæ laus est ingens, nos vincim  
ipfos,  
Nedum alios, nostrisq; jugum cervicibus ult

Suscipimus. quod majus opus, quàm vincere  
Cimbros,

Quàm Parthos, quàm Massagetas, gelidosq;  
Arimaspos.

Gratia celestis. soboles divinitus orta

Sublimat virtutis opus, nec inharet honesto:

Altius it, donec calum transgressa Tonantem

Invenit, illius nostros ante ora labores

Collocat, & fieri dignos impetrat Olympo.

Ista tulit sanctos Patres, qui prima tulerunt

Sacra Deo, prius effusus quàm Proteus undis

Duceret in summos armenta natantia montes,

Et qui depulso repararunt secula ponto:

Vi Noë, cui Ianus erat cognomen, & Heber,

Et domus Abrami tantos habitura triumphos,

Et qui caligenam post tot labentia tandem

Sacula viderunt mundo illuiscere Christum.

Sic abeunt in calum anime, turmisq; coactis

More avium cum bruma venit, coguntur in

unum,

Claraq; dulcisono volitant in sidera cantu.

Istud iter fecere viri, qui rura colebant

Thebai deserta soli; quo tempore Paulo

Funeris officium gemini impendere leones.

Hanc ivere viam, qui neglexere Deorum

Sacrilegos ritus, & contempserunt Tyrannos,

Vincula, ferrum, ignem, exsilium, jejunia,

& omne,

Quod

Quod Rhadamanthus habet durum ac mi-  
rabile, passi.

Quas hinc ad superos animas Deus evoca-  
omnes

Nec meritis, nec honore pares, altissima quae  
In loca perveniunt. ut quae durissima passa  
Sunt tormenta, domos habitâ ratione laborum.

Quos haec vita tulit, non pro dulcedine laudis  
Temporis istius, sed pro pietate fideq̄,

Accipiunt varias, varia ornamenta domorum.

Ista volutantem, cum nox labentibus astris

Iret in occasum, lucemq̄ aperiret ab ortu

Iam vicina dies nobis, vicinior Indis,

Me sopor oppressit, subitoq̄ simillima curis

Somnia nocturnis mentem rapuere quietam.

Visus enim cursu rapido super aethera tolli,

Insuetum mirabar iter, mirabar Olympum

In tantos curvatum orbem, nec habere colorem

Caruleum, sicut credi mortalia cogunt

Lumina, sed vultu semper splendere coruscâ.

Per campos etiam longè lateq̄ patentes

Concilia, & cœtus Divum mirabar, & urbes

Ætherias, sine sole diem, sine tempore & horam

Perpetuam, nullamq̄ vicem concedere nocti.

Quò magis attollebar, quò sublimius ibam,

Tantò lumen erat majus, tantò undique calidius

Latius, & vastè effusi sine limite campi.

Assiduè verò flammâs ascendere quasdam

Cùm tuerer stellis similes, cuperemq; doceri  
 Quid vellent sibi tot luces, vox impulit aures  
 Ista meas: Hæ sunt anima, quas lumine tali  
 Affecit divinus amor, quas gratia functas  
 Corporibus Divûm aternas attollit in arces.  
 Vox ubi sic fata est, longè post terga remansit:  
 Nam fugiens sursum ferri per inane videbar,  
 Vi fugiunt volucres nervo impellente sagittæ.  
 Meta via fuit in pratis florentibus, unde  
 Ambrosia spirabat odor, cui nulla voluptas  
 Equari sub sole potest, licet omnia terra  
 Gaudia conveniant, fiatq; ex omnibus unum.  
 Hic locus illorum, qui religionis amorem  
 Præposuere opibus: qui sunt tria vota professi,  
 Depulsi à turbis, & in alta silentia missi.  
 Hic memini vidisse meæ magna agmina gen-  
 tis,  
 Qui ducis Eliæ mores, vitamq; secuti,  
 Carmeli nemora & sanctos coluere recessus.  
 Hic vates Helisæus erat, quem poplite flexo  
 Totus adorabat resonans præconia laudum  
 Circulus: Eliadum caput & tutela virorum  
 Hic erat Albertus, quo se Trinacria tantùm  
 Iactat, & Andreas pastor Fesulanus, Etruscos  
 Qui tutatur agros, & fama aeterna Licata  
 Angelus, hostili trajectus pectora ferro.  
 Tu quoq; Lunensi quem claudit marmore, Luca  
 Aversane pater, nec vis in mœnia ferri:

F

Cyril-



Cyrilliq; duo, quorum unum Gracia, & unum  
 Protulit Ægyptus, sancta duo maxima vita  
 Lumina, qua totum radios misere per orbem.  
 Hic animas fratrum Carmeli in vertice quor-  
 dam

Cæforum, quando erupit Saladinus ab Austris  
 Et rursus Assyriam plebes Agarena recepit,  
 Vidimus, & sparsum pro religione cruorem  
 Pronus adoravi, proceres veneratus avitos.  
 Verti oculos: vidi ingentes splendere catervas  
 Augustinigenitum, qui per deserta solebant  
 Patris ad exemplum, quasi quadam examina  
 nectar

In dulces missura favos, deducere vitam  
 Cælestem in terris, seseq; accingere Olympo.  
 Inter eos Nicolaus erat (sic namque vocabantur  
 Voce virum Grajâ) populi victoria nostro  
 Id sonat eloquio, clarum totâ Hellade nomen.  
 Spirabat jubar ex oculis, ex corpore toto:  
 Quale serenatâ spargunt duo maxima nocte  
 Astra, Venus rutilans, & pleno Cynthia vultu.  
 Hunc unum venerari omnes, celebrare loquen-  
 do,

Ire salutatum, densâ stipare catervâ,  
 Mirari, amplecti, Divina arcana docentem  
 Intensis audire animis: nec enim pater  
 bis

Omnia scire dedit Divos equaliter omnes.

Plura sciunt, quos luce Deus majore subin-  
trat.

Tunc audire sonum visus verba ista ferentem.

O vates mortalis adhuc, ideò tibi Olympus

Pervius est, ut sis terris, dum vita manebit,

Divinorum operum praco: tua sancta Poesis

Nostra sit. infames alios sine fundere versus,

Et cantare lupas: tu te largire Tonanti,

Ut tibi defuncto quondam vitilibus auris

Annuat hanc patriam, nostrisque accumbere

mensis

Te faciat cum gente tuâ, qua tempore prisco

A veteri demissa Rechab tot secula vidit,

Tot visura, novi quot erunt ad tempora mundi.

Nam proles fata patre Rechab labentibus annis

Venit ad Eliadas melioribus usa magistris.

Dic illum, quem luce vides præcellere tantâ:

Dic quibus in terris ortus, quo tramite gressum

Huc tulerit. gratum Superis opus omnibus istud,

Præsertim que tuis: istud rogat Angelus, istud

Supplicat Albertus, nec non Helisæus avorum

Maximus: hoc alii: totus te implorat Olym-

pus.

Talia cernentem per visum oracula somnus

Deseruit. Phabo cum lux claresceret orto,

Exsilio in plantas, multum que diu que volutans

Somnia, suscepi Divûm mandata, precatus,

Ut promenda novas pluerent in carmina vires.

Mox feror in tales post hæc præludia cantus.

Picenum Italia pars non ingloria quondam  
 Prole virum felix : quæ sol jam fessus Olympo  
 Labitur in magnos apices, & in ardua tollit  
 Se juga, quæ frondens agit Apenninus in altis  
 Aëra ; quæ verò rutilans aurora resurgit,  
 Se premit in parvos colles Adriatica vorsum  
 Litora, & æquoreas mittit vestigia in undas.

Nomen ei volucris fecit mavortia picus,

Qui, veteres illuc cum migravere Sabini  
 Ire viæ comes, & signis insidere visus.

Hinc Picens ager & populus cognominis auras

Ista sinu multas regio complectitur urbes,

Oppidaq; illustri longè celeberrima famâ.

Hæc Cyriaceo felix Ancona sepulcro:

Hæc Recinatis agri templum memorabile mæ-  
 gne

Matris, ubi excelsum Paullus superaddidit  
 cem :

Arcem alto capite in calum pinnisq; minantes

Et solitam pelagi fluctus audire frementes.

Vrbs Recina in campis olim stetit : arma  
 thorum

Æquavere solo. Cives qui cladibus illis

Emersere, suos transportavere penates

In juga prærupti, qui respicit æquora, montis,

Amisitq; suam veteri cum nomine sedem.

Adde Toleminis contermina montibus arva

Qua fuit angustâ veniens de valle Chientus.  
Hinc decus ex armis, ex religione profectum  
Invenies duplex, quod tollit ad athera gentem  
Indigenam, quod Piceno tantum decus addit,  
Dactylico quantum radians carbunculus orbi.  
Hac quoque Francisco terra est decorata Phi-  
lelpho,

Non minus est quam pulcra suo Verona Catullo.  
Illum ego penè puer quondam vidisse recordor  
Iam gelidis niveum canis, sermone disertum  
Romano Graioq; simul, lauroq; i irentem, &  
Progenie duplici Mario ac Xenophonte beatum.  
Religio dicenda prius : memoranda secundo  
Arma loco : metam sonipes sudabit ad istam.

Editus in lucem sterili Nicolaus ab alvo  
Fertur, ut Abrami quondam natuq; neposq;  
Ut Samuël populi princeps, Sadaiq; Sacerdos  
Maximus, & pollens immani robore Samson,  
Tergoreq; hirsuto vates insignis & agno.  
Non poterat natura istos educere partus,  
Vtpote majores aliis mortalibus : istam  
Divina virtutis erat producere prolem.  
Propterea invalidos cum se videre parentes,  
Continuò ad magnum se convertère Tonantem,  
Tollentes in calum oculos, corda, ora, manuq;  
Lux icrat, fessos nox intempesta diurnis  
Mortales operis somno compresserat alto.  
Ecce unus Divum atherio demissus Olympo

Visus adesse (Deus tali dignatur honore  
 Quos amat) & verbis ita compellare jacentes  
 Si prolis vos pulsas amor, Nicolaica templa  
 Quærite, & illius de nomine dicite natum.  
 Dixit, & in calum levibus se sustulit alis.  
 Evigilant, & visa alacres in somnia narrant,  
 Suspensæsq; putant animis, quæ templa jubent  
 Quærere: nam tali norant cognomine templa  
 Multa per Italia, per Chaonis oppida multa,  
 Audierant Barri magnis insignia votis  
 Mœnia, & illustres Nicolai Anistii aras.  
 Hunc olim Lycii, postquam Pataræus Apollo  
 Occidit, & prisca tenuere silentia sortes,  
 Viventem ac vitâ functum quasi numen habebant

Tutelare: salus Lycia pendebat ab illo,  
 Sive fames, seu mars premeret, seu pestifer æneus.

Sed cum fortè illas hostis percurreret urbes  
 Barbarus, & ferro ac flammis invaderet agros  
 Ne fieret brutæ corpus venerabile genti  
 Præda, brevi cives lembo imposuere volentes  
 Abdere, dum posito fierent loca tuta tumultu.  
 At mare (sic celo, quod temperat omnia, visum)  
 Vi subitâ ventorum altos attollere fluctus  
 Cœpit, & avulsum ripis per cœrula lembum  
 Vexit in Italiam, Dauni que ad litora fixit.  
 Apulus ad ripas lembum miratus inermem,

Ac sine remigio positum, custode carentem  
Esse ratus, quod erat facinus mirum insoli-  
tumque,

Insilit, & velatam ostro disglutinat arcam.  
Dum videt exanimum corpus, stupet, haret, &  
horret

Mentis inops: sed rem certus cognoscere tandem  
Intuitur sacro plumbum sub vertice, sancti  
Nomina Patris habens: sic res innotuit urbi.

At cum tota gravem casum Pataraa dolerent  
Litora, & ivisset vicina per oppida luctus:

Quasitum cives diversa per aquora cymbam  
Veliferas misere rates: quarum una Tarentum  
Venit, & ex Lyciis iterum res cognita nautis.

Huc igitur secuere viam, puppimque subintrant,  
Qua natat in salsos lento amne Potetia fluctus.

Litora radentes ibant, qua Tignia cursu  
Dividit: evadunt celsi viridaria Firmi,

Arvaque perpetuo citri redolentia flore:  
Citri inquam, cujus plantas Atlantis ab horto  
Transtulit ad nostras rediens Tyrus: hinc oras.

Prætereunt Asoli fines, rapiuntque Truere  
Ostia Prægutii, quod nostri temporis etas  
Nominat Aprutium. Colles Samnitica regna

Iam subeunt, & , prisca quibus stetit Adria,  
campos:

Adria Romano fecit que nomina Regi.

Mirantur non visa prius, quarumque doceri

Quae loca cumque vident, & rerum nomina  
discunt,

Quae sua vicinis recitent in tecta reversi.  
Et quoniam lenes flabant ad carbasa venti,  
Otia ducentes memorabant plurima nauta  
De Picentis agri populis. Aquilana ferebant  
Mœnia ab antiquis Samni tribus urbibus olim  
Fatalem interitum, belliq; incendia passis  
Orta, & in excelsi fundata cacumine montis.  
Forconium fuit una trium: fuit una Amiterni  
Tu quoq; Corfinium: vestri modò sola super saxa  
Nomina: res istam fato transiit in urbem.  
Pelignos, Ortonam, amnem, cui nomen Aterni  
Transit, & ex oculis velox rapit omnia cursu  
Prima fugit, Garganius adest, ostendit aprica  
Tempora, & in calum cono se porrigit alto.  
Iitora se introrsum sinuant, & mœnia pandunt  
Sipuntinam Urbem: sic Daunia prisca voca-  
bant,

Manfredi modò nomen habent. Bariensia pre-  
dunt

Litora Dædalides, quibus olim fecit Iapex  
Nomina. Cannensi quæ præterlabitur unda  
Ausidus, infamis Romano sanguine factus,  
Conscendunt ad busta Patris, temploq; potitos  
Religio major, major reverentia tangit.  
Tum ductis in gyrum oculis pendentia cernunt  
Dona: peregrinis opibus sacraria tamquam

*Aulais vestita vident, nauta s̄q̄ retortis  
 Vorticibus raptos, perfossa q̄ pectora ferro:  
 Thoraces, clypeos, quos in discrimine pugnae  
 Inter mille situs gladios, & spicula vocit  
 Anxius, & vita sine spe, sine pectore miles.  
 Vincla pedum, manicas, ferruginea s̄q̄ catenas,  
 Ac furum infames laqueos, & cetera nostram  
 Erumnam, miseros q̄, hominum testantia casus.  
 Procumbunt humiles ad mausolaea, petunt q̄  
 Progeniem, quae sit magno sacrandae Tonanti  
 Perpetuo, scelerum labem quae nesciat unquam.  
 Attulerat placidam nox intempesta quietem,  
 Et tacito calum per opaca silentia cursu  
 Sidera torquebat tremulis radiantia in undis.  
 Procubuerunt toro: sed cum jam lucifer alba  
 Nuntius aurorae claro se attolleret ortu:  
 Ecce senex, cui circa humeros holoserica vestis,  
 Canities autem velata bivertice mitrâ,  
 Adstitit in somnis, sterilem q̄ affatur Amatam,  
 Sic referens. Peregrina nurus tua vota secun-  
 dant  
 Numina: concipies. verum reminiscere natam  
 Progeniem sacrare Deo. Nec plura locutus,  
 Proripuit pulso sese per nubila somno.  
 Evigilans igitur conjux ad somnia mentem  
 Sedula convertit, memoriq̄ per omnia sensu  
 Verba audita ferens animum, spem concipit al-  
 tam,*



Compellatq; virum, noctisq; silentia ducunt.  
 Alternis usque ad Solem sermonibus ortum.  
 Continuo sensere animis discedere curas,  
 Atque serenari mentes; in pectora labi  
 Letitiam; blando applausu gestire medullas.  
 Tum sterilis natura, novum sortita vigorem  
 Crevit, & ad grandes evasit idonea partus.  
 Discedunt convoti ambo. jam luna recepto  
 Lumine fraterno novies compleverat orbem:  
 Progeniit prolem genitrix, cui nomina sancti  
 Praesulis imponens dedit, & lustralia fontis  
 Stagna sacri. tepidas primæva infantia cunas  
 Transiit, & fandi dulces pervenit ad annos.  
 Tempus erat soboli jam prima elementa saluta  
 Tradere: jam vivendi habitu formabilis ætas  
 Qualis equi, cum tres annos jam natus haberet  
 Mandit, & imposito discit parere magistro.  
 Instituens nam pietas materna, docebat  
 In primis orare Deum, magnamq; Parentem,  
 Ac Superos: genibus flexis procumbere ad aras  
 Et duplices proferre manus, ac murmure par  
 Poscere subsidium contra tria maxima morum  
 Quæ feriunt animas, irritamenta malorum;  
 Aërios Manes, sensum melioribus hostem  
 Consiliis, & corrupti contagia vulgi.  
 Vade trahant animi sordes, & amabile virus  
 Non secius ac pecudes, quoties it pestifer annus  
 Si simul incedant campis, & gramina carpant

Leti

Lethiferum flatu dant, accipiuntq; venenum.  
 Tartarei Manes genus implacabile multas  
 Diffusum in species, nunquã certamina ponunt:  
 In vicis regnant. est qui sibi vendicat iras,  
 Et trahit in rixas homines, in jurgia, in enses:  
 Alter avaritia studium facit, alter amorum:  
 Alter ad invidia flammam, incendia, & Æinã  
 Provocat: est etiam vita qui tedia sancta  
 Gignat, in immundis statuens solatia rebus.  
 Deditus hic genio, studet oblectare palatum,  
 In servire gula, de more cucurbita in abuum  
 Crescere, & esse suis onus importabile plantis.  
 Alter in humano fastu distendit, & inflat  
 Corda virum, cupidus laudum, sitibundus ho-  
 norum.

Hac igitur contra seva, atq; immania monstra  
 Poscere quem docuit nato fidiissima mater,  
 Esse Deum memorans, à quo dependeat uno  
 Hoc totum quod fecit opus, monstrabat Olympũ,  
 Et maria, & terras, & que nascuntur in illis:  
 Personas tres esse Deo: venisse secundam,  
 Ut nos ad superos ageret, Christumq; vocari,  
 In terris sine patre satum, qui cade cruenta  
 Debita persolvit moriens antiqua parentum.  
 Addebat stygios amnes, altumq; barathrum  
 Et furias, que dant animis tormenta malignis;  
 Que Superis odiosa abeunt. addebat Olympi  
 Gaudia, perpetuam requiem, convivia, mensas,

Quas sine fine habeant, qui cum pietate red-  
dunt.

Arsurum terrarum orbem, mare, & aëra quon-  
dam:

Et ventura novi saecula immortalia mundi,

Quae miseris majora ferant tormenta, beatis

Gaudia, & à cursis faciant desistere mundum.

Venturamq; diem, quâ mortua corpora rursus

Accipiant reduces animas, vitamq; recentem.

Quâ prope torrentem Cedron cogatur in unum

Concilium genus omne hominum, quos prius

tulerunt

Saecula, adusque dies illos ab origine rerum,

Et fore cum strepitu vocum, & clangore tubarum.

Horrisco grande examen, quo praemia iudex

Digna det, ac meritis correspondentia, Christus

Christus enim, dixit genitrix, dulcissima proles.

Adveniens magnâ cum majestate sedebit

Aërias inter super alta sedilia turmas.

Prosequitur natum instituens, ac talia fatur.

Hanc tamen ante diem miseram tristem atque

tremendam

Bis septem venturae aliae: quarum una turba

tus

Quaeq; suos habeat diris asperrima signis.

Prima dies adiget omnes Nereides undas

In furias, facietq; fretum transcendere montes.

Aerios ter quinque pedes stabuntq; levata

In speciem murorum unda : superabitur Atlas.  
Pelion, Ossa, Othrym, Riphæa cacumina pon-  
tus.

Vincet, & in calum fluctus mare porriget altos.  
Altera sub terras rediget freta, tartara adusq;  
Et sua, cum cernent Thetym, Tritonas, & ipsum  
Protea, disperdi metuent incendia Manes.

Tertia balenas, phseteresque per alto  
Vertice, deformes phocas, & cetera monstra  
Quæ pascit Proteus pastor Neptunius, extra  
Æquora depellet, magnosq; ad sidera tollent  
Mugitus pavidi circum omnia litora pisces.

Quarta trahet stygios ignes per viscera terra,  
Atque absumet aquas, facietq; are scere fontes,  
Flumina, & Oceanus pulsus vastabitur undis,  
Ac raptas ostendet opes, argentea vasa,  
Aureaque, & grandes hominum sine viscere  
aceruos.

Tum demum incipient longis abscondita sacris  
In lucem prodire iterum mavortia tela:

Quæ Pœni & Perse bellis navalibus olim  
Amisere; rates scombris habitacula factæ:

Adspiciant rursus stellas Erymanthidos Urse.

Quinta premet genus arboreum, planta q; vi-  
rentes:

Sanguineo sudore nemus se vestiet omne,  
Prataq; : florentes stillans cruor imbuet herbas.

Sexta domos æquabit humo, cum turribus alta

*Mœnia: consternet sublimia vertice, quidquam  
 Fabrè operis hominum tantis fecère labores,  
 Ægrotabit enim tellus, & febriet aër,  
 Astraq̄, & hos tantos motus turbata dolore  
 Insolito natura dabit; natura furenti  
 Par, cui dat vires, animumq̄ue phreneticum  
 error.*

*Tum volucres pavor invadet, nec pabula quaerent*

*Amplius, ac sedem veniēt trepidanter in unum  
 Immites, miteſq̄ simul. fulgore tonabunt  
 Erumpente poli, currentq̄ ardentia abortu  
 Fulmina ad occaſum; quo mens humana frangitur  
 gore*

*Concidet: indignans sic excandescet Olympus  
 Septima contundet ſilices, colliſa ſonabunt  
 Marmora, & in pugnam lapidum rapientur  
 acervi,*

*Et qua diſſilient partes, in mutua ruruſum  
 Vulnera concurrent. Terrarum Octava moventur  
 Fundamenta, tremunt Alpes; & rura dehiſcent  
 Nec feret undanti tellus veſtigia tergo.  
 Nona dies æquabit agris altiffima montes  
 In iuga porrectos, cineremq̄ reſolvat in atrium  
 Et montana humiles faciet Deus omnia carum  
 Prodigiiſ homines tantis, ac talibus acti,  
 Antra, quibus ſeſe abdiderant, umbroſa relinquent,*

Et Decimâ sine voce die, sine mente ferentur  
 Huc illuc, quo stare loco, quò tendere possint  
 Ignari, & longâ mortis formidine victi.  
 Undecimâ, visu horrendum, cogentur apertis  
 Nuda super tumulis ossa exspectantia vitam.  
 Corporibus bis Sexta dies infesta supernis  
 Adspiciet labi astra polo: discedere Lunam  
 In tenebras: fieri extinctis calum ignibus astrū:  
 Nax jejuna diu, postquam combusta vaporum  
 Nil dederit tellus, pasci quibus antè solebant,  
 Sidera desient: velut esurientia quædam  
 Corpora, & extincto scintilla volatilis igne.  
 Se pater à magnis ait hæc audisse magistris.  
 Omnia tunc etiam vacuis animantia campis  
 Territa, & horrendos mundi admirantia casus,  
 Implebunt tristes, altis mugitibus auras.  
 Altera bis sexta quæ successura, videbit  
 Stragem illam communem hominum, cùm à  
 faucibus orci  
 Mors egressa metet, quidquid mortale per omnes  
 Inveniet terras, magnoq; in lurida rursum  
 Tartara descendet numquã reditura triumpho.  
 Auferet immixtis orbem Penultima flammis,  
 Et complexa solum rapiant incendia, quidquid  
 Convexo Sol, Luna minor complectitur orbe.  
 Nil veriti Divorum aulas, caelestia lambent  
 Atria consumptis terræ radicibus ignes.  
 Tanta erit ardori permissa licentia: talis

Inter mundanas surget discordia partes,  
 Hac tibi care puer volui memorasse, Tonantem  
 Ut nunc, & totâ discas atate vereri.

Hos igitur mi nate dies, hoc flebile tempus  
 Mente tene, & cave sis à tanti turbine luctus.  
 Sancta potest probitas tutum te reddere, sanctam  
 Relligio, pietas potis est te sancta beare.  
 Talibus imbutus studiis crescebat, & alto  
 Pectoreolvebat natus documenta parentis.  
 Iam septennis erat, dici jam desinit infans,  
 Fit puer, & sensim fortes ascendit ad annos,  
 Nec lascivit adhuc : vitam incepisse videtur  
 A senio. levibus comites per compita ludis  
 Indulgere videt : pueros puerilibus vi  
 Officiis : legit ipse domi, meditatatur, & orat.  
 Nil leve, nil juvenile sapit : canescere sensu  
 Coeperat, & virides transcendere moribus  
 nos.

His studiis, istâ lati gravitate parentes  
 Dulcibus exsultant votis. Pater illius acre  
 Versus ad ingenium, pinguem quasi cultor  
 agrum,

Cui videat satis esse parum sudoris & artis,  
 Ante focum noctu lingua documenta Latina  
 Prima dedit, quibus usa fuit Romana juvenis  
 Tempore quo prisca clavum tenuere Quiritis  
 Nomina doctrinas à libertate trahentes.  
 Ille quod ingenium quondam documenta juvenis

Pho

Phœnices, Graeci, Assyrii, rerumq; potita  
 Roma dabat, variis sub praeceptoribus hausit  
 Vbertim: fuit ista pio pia cura parenti.

Tum quoque penè infans sacri collega senatûs,  
 Atque sacerdotii consors evasit ad eadem,  
 Cui titulus Salvator erat, potuitq; teneri  
 Divite proventu, nisi jam sibi conscia cali  
 Mens parvi fecisset opus telluris, & unda.

Natura ingenuas erat inclinatus ad artes:  
 Sed tamè ad delubra magis, cum nomine magni  
 Nicolai mores simul usurpasse videtur.

Ante alios ad templâ venit: procumbit ad aram,  
 Non oculis, non mente vagus, quæcunque Sa-  
 cerdos

Perlegit, attentâ capit & considerat aure:

Illius in sensus dociles stillabat ab alto

Occultè divinus amor: formabat in illo

Viva sibi delubra Deus: florebat in horas,

Vt florere solent tepido nova gramina Majo,

Relligio; pietas animum complexa ferebat

Mortalis vita, & fluxarum oblivia rerum.

De puero memorant opus admirabile, magnû  
 Argumentum animæ jam Divûm in regna re-  
 cepta.

Candida monstraret cùm libamenta Sacerdos,

Murice fulgentes attollens altiùs ulnas,

Apparebat ei, non parvo candidus orbe

Panis, ut apparet nobis, sed parvulus infans,

Aut



Aut specie puer eximia, qui sancta moriebat  
 Ora, manus, oculos, solitus mysteria quadam  
 Ad puerum divina loqui, qua audire profani  
 Non poterant. Sicut cum parua foramina Soli  
 Ingreditur radius, non aëra permeat omnia,  
 Sed fluit angustam signans in pulvere lucem:  
 Sic ea vox solas pueri veniebat ad aures.  
 Esse à Secretis atas innoxia Christo  
 Cœpit, & adsciri sancta in consortia Divum.  
 Ac Superum fungi officio: quod Elisabet olim  
 Unica progenies teneris accepit ab annis.  
 Unde sit, ut quosdam videat Deus ore sereno,  
 Suscipiat que hilari tamquam sua pignora  
 vultu:  
 Ore truci quosdam cernat, quasi semine Divi  
 Progenitos; in quosdam autem neque lumina  
 vertat,  
 Præteriens tamquam foricas & olentia lustra  
 Principio Iudam tenebroso emergere ab orco,  
 Et niti ad Superum cœtus patriamque volentem  
 Iuvit, & extento traxit de Acheronte lacerte,  
 In stygia lapsurum, summaque ex arce ruentem  
 Destituit: Paullum atrocem, Stephani que madentem  
 Sanguine protexit, dulce que recepit in ulnas.  
 Sunt qui communes caussus ab origine dicunt  
 Progenitas, ut calum, ignes, aurum, mare, terra  
 Producente Deo: qui mox ut fecerit illas,  
 Æternam in requiem conversus, & otia tamquam  
 la

Iam senior, curas operandi eva serit omnes.  
 His itaque in coitum caussis venientibus, ajunt  
 Effectus varios fluere, & deformia rerum  
 Corpora, qua insciant animas: nam qualia  
 nasci  
 Corpora sunt anima, per talia vota feruntur.  
 Flavâ bile calent: ideo rapiuntur in iram  
 Præcipites in bella volant, in vulnere currunt.  
 Sic erat affectus Turnus, sic fortis Achilles,  
 Hector, & Æneas, & qui laudantur in armis.  
 Atra metum generat, nec in certamina, ferrum  
 Damnat, & alipedum cursu non gaudet equorum.  
 Humor hic in venas penetrans, in corda, viasq;  
 Per quas vita subit penetralia verticis antra,  
 Noctepremitt sensus, anima q; obnubit opacis  
 Nubibus, & variis deludit lumina formis,  
 Vanaq; dum vigilant homines in somnia cernunt.  
 Talibus ex caussis nasci fanaticus error  
 Fertur, & incerto titubans in sania gressu.  
 Sic furit Alcides, sic se transverberat Ajax,  
 Sic est cum puero submersa Palæmone mater.  
 Hippolyti monstris ita mens delusa marinis:  
 Empedocles ita se Siculos demersit in ignes.  
 Phlegmata sed pigro constringunt frigore corda,  
 Torporem generant, damnatricemq; laborum  
 Desidiam, somnos, & conniventia semper  
 Lumina: nec laudes curant, nec honore moven-  
 tur.

Pur-

Purpureus verò meliora negotia, sanguis  
Gaudia, letitiamq; parit, convivia, cantus,  
Blandimenta, jocos, tetricaq; oblivia vita.

Talis erat, quisquis gemmis intexere & auro  
Ornamenta, domos Paris fulcire columnis  
Cœpit, & in grandes marmor formare colesse

His studiis affectus erat Lucullus, & urbem  
Qui studuere alias urbes præcellere Romanam.

Hæc igitur caussis opera adscripsere secundis:

Quæ Deus inspiciens, ut commentantur  
ajunt,

Delectu cunctorum habito, quasi providus  
ptor

Optima quæq; legit, quæ sunt vulgaria tractat

Hæc autem fingunt, ut, si deprehenditur ullus

Error in effectu, causas referatur in illas:

Quæ casu turbat & aliquo, cælestibus omnes

Reddere nescierint regnis aqualiter aptos.

Fallitur hoc quicumque putat. Nam carpat  
caussas

Nemo potest, quin carpat eum qui condidit illas

Hos natura Dei malè cognita misit in istas

Verborum ambages: credunt culpabile quosdam

Non omnes servare homines, atque istius regni

Inveniunt caussas, quibus hoc adscribere possunt

Non est culpa Deo, qui fas, humanaq; jura

Conculcare potest, quosdam contemnere, quosdam

Sumere: nil cuiquam debet, facit omnia gratum

Sunt quoque qui dicant venturi temporis acta,  
Quæ Deus ante diem, tamquam speculator ab aliâ  
Arce videt, causas hujus discriminis esse.

Hinc fit ut arbitrii, dicunt, præcognitus illos  
Vfus agat sursum, caliç, attollat in arcem,  
Antè suas ratio possit quam surgere ad artes.  
Hi quoque, ni fallor, frustra nituntur, & audēt  
In fragiles hanc tantam humeros convolvere  
molem.

Vi memorant, si fortè movent prævisa Tonantē  
Acta, vel impellunt igitur, coguntç, ligantç  
Vimç, adhibēt (quod de summo sentire nefandū  
Principe) vel suadent solum, quod credere di-  
gnum est.

Omnino ergò manens in libertate voluntas,  
Non vim passa Dei præcognita suscipit acta,  
Et quia vult solum, nam se regit ipsa, movetç  
Liberâ, lege carens, nulliç, obnoxia fato.

Nam quæ de fatis memorant, Chaldaea videntur  
Somnia: nec vires animis infundere nostris  
Astra, nec affectus possunt: Deus, intima calo,  
Intima telluri virtus, agit omnia liber.

Quos vocat ad Superos, quia vult, vocat: ire  
sub umbras,

Qui vult ire, sinit, quali processit in auras  
Sidere vitales, vel quo concepta propago  
Semine, nil curat. Vita venerabilis olim  
Vir fuit, & vates venturi præsciens ævi

Mir-

Mirlinius, Laris infando de semine cretus:  
 Hic satus infami coitu, pietate refulsit  
 Eximiâ, Superum factus post funera consors,  
 Non igitur quâ sint hominum compagine ficit  
 Corpora metitur: flavæ dominatur & atræ  
 Bili opifex: potis est etenim frigentia corda  
 Inflammare, docent, qua tot tormenta puella  
 Sustinuere, quibus gelidum natura timorem  
 Indiderat: potis est animi compefcere flammam  
 More equitis, qui lora trahit, qui tractantem  
 laxat:

More gubernantis, qui dum latatur in alto  
 Ludere, non scopulos fugiens, nunc transstravit  
 vato,

Nunc presso clavo ire facit. De pectore Pauli  
 Sustulit hostilem, sanctumq; subintulii ignem.  
 Si cui fas terram sit fecundare volendo,  
 Nil opus est, villam quoties mercatur & agrorum  
 Vestigare prius vires, habituq; locorum:  
 In manibus quod querit habet, fecundat emendo.

Non fuit ad tantos igitur Nicolaus honores  
 Adscitus, quia venturos Deus illius actus  
 Viderit, aut quia mens corpus sortita fuisset  
 Morigerum, non quod tulerim ita mitia fata.  
 Fors fortuna fuit Patris indulgentia summi,  
 Libero, & imperium nato sine lege Tonanti  
 Sic placitum. satis est nobis hoc scire, superq;

## LIBER II.

**P**rima Diœcesis dedit incunabula, & ortū,  
 Ac natale solum puero Firmana, sub altis  
 Montibus aërias ubi nominat Angelus arces:  
 Et Firmanus erat civis Pater. alta, vetusq;  
 Vrbs ea, & antiqua præclara Colonia Roma.  
 Pubertas erat in foribus: jam venerat etas  
 Tertia, quam bivium dicunt: namq; incidit illic  
 In duplices hac vita vias: ascendit in altum  
 Vna per angustos calles, & latior exit  
 Semper: ut ad summum venit, laxatur in arva  
 Plena voluptatum, quæ ver florentia semper  
 Servat, & autumnus maturis frugibus implet.  
 Nam vertumnus in his campis versatur, habetq;  
 Veris, & autumnus nomen: quia tempus utrumq;  
 Temperat, & ducit flores in poma, nuceſque,  
 Maturaque annos, ac mittit in horrea fruges.  
 Altera principio latissima, vertice summo  
 Est angusta, negans illic vestigia figi.  
 Hoc igitur facili ingressu decepta juventus,  
 Dum putat in melius semper procedere, tandem  
 Discit ab eventu se delirasse maligno.  
 Hæc hominum pars major eunt: sic tartara  
 crescunt,

Sic

Sic infernus habet majora negotia Pluto  
 Semper, & esuries orci infinita barathrum  
 Ampliat, ac fauces in grandem extendit hiatus  
 Gallorum annales memorant à Manibus olim  
 Egressam superas animam venisse sub auras,  
 Atque suo quondam comiti narrasse per illum  
 Millia ter decies hominum demortua noctem,  
 Ex quibus ad flammam purgantes tres abiissent  
 Tantum unus, cui nomen erat Bernardus,

arces

Ætherias (hic ille fuit, qui fertur in altis  
 Montibus ingenti Lemurem vinxisse catena)  
 In stygias alii magnis ululatibus umbras.  
 Noxius incauta sic est locus ille iuventa.

Dicitur Alcides Alcmena filius isto  
 In bivio traxisse moram, dubitasse, nec ausus  
 Tendere iter, donec vivâ sub imagine virtus  
 Visa viam docuit: quod qui finxere, volebant  
 Scire homines dandum esse ducem puerilibus  
 annis,

Qui morum scopulos, vitæ qui intelligat artem  
 Nam neque sola potest atas improvida, simpli  
 Atque rudis regere affectum, cohibere furor  
 Hoc igitur puer in bivio, quia corda ferebat  
 Enthea, & illapso correptam numine mentem  
 Non eguit rectore alio; quam cœpit ab ortu  
 Ire, viam tenuit: sed nixus ad ardua semper  
 Sollicito similis nauta longinqua perenti

Litora, dum properante manu sua corripit ar-  
ma,

Dum trahit in proram funes, dum carbasa in-  
altum

Elevat, explicitis sinibus dum colligit auras.

Tecta Patris Libyci, sacramq; audiverat adem,

Cænobion dicunt, quod sint communia cunctis

Omnia, ut Essæi quondam vixisse feruntur:

Essæi genus antiquum, venerabile, sacrum,

Qui vitam traxere diu Iudæa per arua.

Illic fama fuit sanctos convivere Patres,

Longævum antiquo genus à pastore trahentes,

Qui civis Didonis erat, Carthagine natus.

Iste novum terris sidus fuit, & nova mundi

Buccina, quæ magnis passim clangoribus im-  
plens

Omnia, irones Christi ad nova castra vocavit.

Qui Latio sermone potens, mysteria sacris

Hausit libris, uti fons latis amplissima ripis

Flumina diffundens, per mille volumina misit.

Doctrinis, ut sol radiis, præfulgidus, omne

Quod Græci, quod Phœnices scivere, quod

Indi,

Niligenaq; sacerdotes, Babylonica templa,

Doctus erat: calum, Manes, elementa, Deumq;

Ipse novum vitæ genus, & compendia quadam,

Per quæ mortales irent ad Olympica tecta

Edidit, & patribus dedit observanda futuris.

Hi



Hi tribus indulgent studiis: ante omnia in uita  
 Conspirant hominem, rebus qui praesit agendis;

Qui teneat clavum, cui sit parere necesse.

Alter cura facit, ne quis sibi vendicet aurum,

Néve usurpet opes, propriosq; recondat in usus;

Sed fluat in medium quidquid vel terra minis-  
 strat,

Vel pietas infert, hominumve industria quare;

Tertia femineis adimit congressibus omnem

Cura viam: Veneris procul ablegata voluptas

Exulat hinc, nullumq; audet sperare regressum;

Hæc Picentis agri domus observabat ad unguis;

Sola hic Relligio, sola observantia Divum

Crevit, & aeterna spes, ac fiducia vita.

Huc adolentes prudens puer attulit annos,

Et sacer evadens duplicem vestitur abollam.

Alba subest nigra, dupliciq; obnubit amictu

Tempora: proximior nudo, candore nivali

Albicat; exterior fuligine tingitur atrâ.

Veste sub hac olim Pater Augustinus eremum

Incoluit, postquam Christum suscepit, & ante

Libaret quàm sacra Deo, trieterida totam.

Tum Larium natura sagax, versuta, bilingua

Invida, & humane semper studiosa ruina,

Talibus inceptis grandi occursum paratu

Plurima mente agitât, multas reminiscit

artes,

Vestigat puerilem animum, quo semine cretus

Sidere quo natus, quo Mars afflaverit ortum,  
 Quo Venus ad spectu, quo Pleiadesque Hyadesque:

Atque oculos lapsi fert circum cornua tauri,  
 Exploratq; omnes aditus, ut ovilia noctu  
 Septa q; caularum solet explorare Lycaon,  
 Atque Lycaonio vulpes subtilior astu.

Nam diversa velut vis & natura ferarum est:  
 Sic Lemurum. Perhibent etenim genus hoc animantium

Sex fusum in species tenuissima corpora ferre,  
 Qua penetrent clausa s; fores, & ahenea claustra.

Prima inter Lunam versatur & aëris auras:

Ignis ubi simplex, ac sincerissimus ardet.

Alter a cum Zephyris, Austris, Aquilonibus,  
 Euris

Fertur, & aëriam dicunt, quod in aëre vivat.

Tertia, qua circum terras errare per ipsum

Aëra consuevit, nostro s; habitare penates,

Terrestris cognomen habet. Neptunia Regna

Quarta colit. Sed qui terris, quiq; aquore vivunt,

In duplices abeunt sexus. Nam mascula quidam

Membra magis curat, muliebria corpora quidam.

Femineis gaudent formis montana vagantes

Per juga, per silvas cum venatrice Diana,

Quas Dryades dicunt, & Oreades: adde Na-  
peas,

Najades, & Nerei natas, & Dorida matrem.

Quos verò magis oblectant, & nomina, & ora  
Mascula, sunt Fauni, Panes, Satyriq; bicornes.

Accedunt Divi aquorei Neptunus, & Ægeus,  
Proteus, & Triton, Nereus, Melicerta, Palæmon.

Et gravis Ægeon, longis qui amplectitur ulnis  
Monstra maris cetos, & inertia corpora phocæ.

Quinta subit terras, & Subterranea factum  
Nomen ei: subeunt cautes, obscura per antra

Hospitium quarunt, Divos atque astra perosi.  
Sexta magis, magis ima subit: lethæa subit

trat

Tecta diem fugiens: ideò cognomine dicunt

Lucifugam: violenta magis, quàm callida.  
quos

Occupat; elingues, surdosq; evadere cogit:

Vilius ingenium tribus inferioribus. Ergo

Hi sunt, qui dicuntur opes tellure sepultas

Custodire: timent, nostros ne forsitan aurum,

Quod latet abstrusum tenebris, vertatur  
usus.

Tantus inest illis livor: sic invida turba est.

Hi sunt, qui jactu lapidum per tecta via sq;

Exterrere solent homines, invadere nautas,

Mortales morbo Herculeo prosternere, corda

Nubibus immerso dementia reddere sensu.

Ast aliis longè excellens, penetrabile, promptum  
 Quo fraudes, quo mille dolos innectere possint.  
 Istorum è numero Venus est, fandiq; magister  
 Mercurius, Mavors, atque imperiosus Apollo,  
 Atque alii, quorum fama est antiqua, per or-  
 bem

Nomina qui terris usurpavère Deorum.  
 Isti omnes igitur cœtu ad sublime vocato  
 Culmen, in obscuris vetus est ubi fama Sibyllam  
 Degere speluncis, per flumina quinque profundi  
 Iuravère simul, studium, curamq; habituros  
 Se vigilem contra audacem (sic livida Manes  
 Turba loquebantur) juvenem, seq; omnia factò  
 Agmine venturos armis in prœlia sumtis:  
 Sic pacti cuneo in ventos abière soluto.  
 At juvenis Larium mores, & atrocia doctus  
 Bella, parat sese ad pugnae genus omne, fati-  
 gat  
 Ingenium gravibus curis, cohibetq; vagari  
 Mille per amfractus solitam perq; in via men-  
 tem:  
 Cogit eam per sancta pedem mysteria ferre,  
 Qua profugus sparsit per quinque volumina  
 Moses,  
 Quæq; per annales, Solymæq; diaria gentis,  
 Atque per historias, & per præsagia vatum,  
 Per legis mandata nova, per grandia Paulli  
 Eloquia, & patrum vestigia sancta suorum.

Pascitur hic, ut ruris aves matura per arua,  
 Cum jam messis adest, & jam tritura propin-

quat:

Vt per prata greges: ut apes Hyblæa per arua,  
 At quoniam pingui Venus irritata superbit  
 Viscere, & ex dapibus surgit lascivia lautis,  
 Vix adhibet mensis hortensia gramina, victum,  
 Quem prisci coluere patres: non fudit Iaccho,  
 Nempe Deo infami: sed frigida flumina potat.  
 Est suspecta Ceres: nunquam contenta quiescit  
 Esuries, semper voto fraudata reclamat.

Qui cubat in membris, quoties extrinseca de-

sunt

Nutrimenta, calor que erodere possit, in ipsa  
 Corpora desevit, muntoq; ex sanguia succo  
 Reddit, & atroci sua damna ulciscitur ira:  
 Indè subit macies, frigent præcordia, languet  
 Spiritus in venis, Venus indignata recedit,  
 Quam calor & venti stimulant, & aquaticus  
 humor.

Somni autem, plus quàm fuerit tolerabile, parit  
 Cujus ut enarrem, paucis advertite, causam.  
 Quinque viis, tamquam speculis, per corpora  
 sensus

Ducimus: ad mentem subeunt tenuissima rerum  
 Pro rebus simulacra, modis gradientia miris.  
 Nam species à rebus eunt, velut ire videmus  
 A Phœbo, & stellis radios: per inania missa

Undique circumueunt auras, & lumina fallunt.  
 Testantur rerum effigies in flumine vise,  
 In speculis: visa in saxis specularibus ora  
 Nostra fidem faciunt: vis hæc incognita rebus.  
 Mens igitur missas species, si lumina somnus  
 Non ligat, agnoscit. quod si sopor occupat ar-  
 tus,  
 Non agnoscit eas: sed res putat, illius instar  
 Qui putat inspectas animantia vera figuras.  
 Hinc igitur veniunt animos agitantia nostros  
 Somnia: quæ volucris dum mobilitate feruntur,  
 Illæ agiles formæ fingunt quæcunque per orbem  
 Conari natura potest, quæcunque voluntas:  
 Nonnunquam maiora etiam. nam monstra vi-  
 demur  
 Cernere, quæ natura nequit producere, montes  
 Ire per aërios tractus, hominemq; volatu  
 Tendere per nubes, & currere flumina retrò.  
 Hac Lemures per sæpè bias deludere mentes  
 Arte solent, obscæna oculis dum occurrit imago  
 Vera, vel in somnis, mox evigilantia corda  
 Trillare potens, fragilemq; inflectere sensum.  
 Propterea somnum castis quasi moribus hostem  
 Oderat, & multam in noctem servare legendo  
 Insomnes oculos, sæpè expectare solebat  
 Luciferum, sæpè auroram, quandoq; reuersam  
 Lampada terrarum, humentem quæ discutit  
 umbram.

*Adde quòd affligat moribundum in somnia ce-  
pius,*

*Et domat exleges motus : sic bella cavere,  
Sic solitus causas eradicare malorum.*

*Qua verbis mensura fuit, qua regula fandi,  
Qua lingua lex atque modus, transire silentio  
Illicitum, quando id sancta pars maxima vitæ  
Et brevis, & rarus post longa silentia sermo  
Seria libabat solum ; mendacia, nugas,  
Et quacunque solent alios proscindere verba  
Non secus evitans, ac litora Syrtica nauta.  
Si de justitiâ, de religione loquendum,  
De pietate foret : longas manabat in horas  
Eloquium, tamquam vasto de gurgite torrens  
Fusus, & undantem volvens de vallibus æstrum.  
Tunc facundus erat. Deus in præcordia lapsus  
Ars erat : affectus facit os scitum, acre, disten-  
tum.*

*At quia delectant oculos, animumq; videntur  
Ad communem hominum vitam deflectere ser-  
sim,*

*Mollia, & urbanum morem sapientia semper  
Pallia derisit, temploq; indigna vocabat.*

*Ad nudum seris Cilicum, qua tegmina castris  
Et nautis præstare solent, vestitus inermis  
Corpus adurebat ; gradiens pannosus, & asper  
Stragula cyniphiæ præbebant hispida barba ;*

*Qua cum merce rudi Libycis vectantur ab ortis.*

Non

Non stratum mollivit anas, non stridulus anser,  
 Non anate ut major sic mollior anser cygnus.  
 Dulce erat in tabulis lassum distendere corpus,  
 Ut vulgus castrense solet, cum candida rupes  
 Nix tegit Alpinus: quoties Aquilone sereno  
 Non perflata lacus, rapidoque coagulat amnes.  
 Sape etiam in nudâ somnus tellure cubanti  
 Gratus erat, quando auroras vigilantia plures  
 Fecerat insomnes, imitans jumenta, feraeque,  
 Sternebatur humi: corpus, servile vocabat  
 Mancipium, quod non animi contemneret solum,  
 Verum etiam Divorum ausit legem, impe-  
 riumque.

Qua nobis obscura fides, quasi missus ab oris  
 Nuntius externis, animo amplectenda reliquit,  
 Ipse velut subjecta oculis, & cognita vulgò  
 Scitave per caussas atque explorata tenebat.  
 Hac radix illorum operum, qua dura videntur  
 His, quibus est ignava fides: processerat inde  
 Ille amor inflammans homines, ille igneus ar-  
 dor,  
 Corda metu qui nostra facit tam grandia pulso.  
 Nomen amoris habet, summo demissus Olympo  
 Spiritus, extirpans alios radicitus ignes,  
 Et praesertim illam, quem pestis amara Cupido  
 Ex Phlegetonte haurit, terrasque insemnat  
 omnes,  
 Atque illum qui quarit opes, qui colligit aurum.



Spes quoque praesidium nobis mortalibus ingens  
 Sola Prometheam non dedignata teneri  
 Pyxide, cum superos alia petiere sorores,  
 Fulcibat crescentem animum, juvenilia corda  
 Altius à terris aeterna in regna levabat.  
 Venerat in summos apices, ubi nostra levatus  
 Conditio, humanos audens transcendere fines,  
 Et fieri vicina Deo, divina Sacerdos  
 Orgia jam factus sanctas libabat ad aras.  
 Tunc poterat vitam functis succurrere, Manes  
 Invito Rectore Erebi, prohibente Megaram  
 Solvere, & in calum ex imis revocare tenebris  
 Conciliare Deum nobis, peccata loquendo  
 Tollere, & à flammis animas servare dolentes  
 Atque vagos cohibere Lares, compestere saevos  
 Demonas & stygiis umbris imponere leges.  
 Nam quoties sacro mystica intinguntur olivo,  
 Accipiunt illorum animae vivacia quadam  
 Signa, characteres dicunt, quae Cerberus odit  
 Cerberus, & quotquot degunt Acheronte sa-  
 alto.  
 Verum haec ne cuiquam nugae videantur aniles,  
 Subjiciam paucis opus inter prima relatum  
 Iam vulgata diu sancti miracula Patris.  
 Arva per Vmbrosum locus est, ubi curva Pe-  
 sauri  
 Flumina in apricos colles de montibus altis  
 Lapsa fluunt, cursu pontum visura citato.

Huc migravit, ubi tacito domus abdita sal-  
tis

Hospitium silvestre dabat, noctesq; diesq;  
Cælum animo volvens sacras faciebat ad aras.

Nox erat, & tenebrosa polum convolverat um-  
bra:

Vmbra means circum terras, circum aquora,  
circum

Aëra, circum ignes, rapido contraria Phœbo

Semper, & attingens usque ad Saturnida Lu-  
nam.

Procubuit strato juvenis; vix lumina somnus

Clauserat, & subitò in somnis occurrit imago

Vociferans; Nicolai mei, Nicolai memento:

Sancte Pater succurre tuis, compeſce dolores,

Quos patimur tantos, & nostra incendia tolle:

Namque potes, si sancta dies libamina septem

Dedideris nobis: fer opem, & miserere tuo-  
rum.

Territus hoc tanto juvenis clamore, rogabat

Quis temerare ausit nocturna silentia tanto

Planctu hoc, noctuque in tantas prorumpere  
voces,

Sublare præsertim, strepitus qui eliminat om-  
nes?

Vox ea; Sancte Pater, rursum, si scire laboras

Quis sim, quis fuerim, paucis adverte, do-  
cebo.

Ipse comes tuus ante fui: fuit Auximatellus  
 Passa graves olim casus, & bella, Gothorum  
 Cum cœpit ruere imperium Belisarius, olim  
 Patria, nomen erat vivo Peregrinus, ad  
 bras

Misit Avernales, qua subruit omnia, me mor.  
 Quod clamem, dolor in causâ est: dolor omni  
 vincens

Aspera, que sanctis olim inflixere Tyranni.  
 Surge, veni, tibi spirituum magna agmina  
 stam

Ante oculos, quibus auxilio potes omnibus  
 Ire videbatur versus vicina Pisauri  
 Moenia; namque eadem fluvio sunt nomina,  
 urbi:

Quam veteris quondam Romæ posuere colam  
 Visus & ex alto vallem spectare profundam,  
 Vnde ferebantur magno cum murmure voces  
 Confusa ad calum, & lamenta miserrima  
 auras.

Tunc ea vox; Hæ sunt anime, quas vita sepe  
 Pacta dies longas, canos, seramq; senectam,  
 Hac spe deluse, blandaq; libidine tracta  
 Iugiter ad pingues ducebant gaudia mensas.  
 Non deerant epulis citharæ, sed Arione multo  
 Lata ibat domus in thyasos, Veneremq; ciebo  
 Surripuere dies cantus, convivio noctes,  
 Totaq; in insanos fuderunt tempora luxus.

Ista frequentarunt, & qua nascuntur ab istis.  
 Dumq; sub extremum vita se posse putabant  
 Emendare levis deliramenta iuventa,  
 Mors fuit in foribus non expectata repente,  
 Cunctaq; mendacis vita pacta irrita fecit.  
 Sic ait: Extemplo magnis stridoribus umbra  
 Audita clamare; Pater miserere, sepultas  
 Hoc ardente lacu tua nos libamina seruent.  
 His dictis, visa in latos incendia campos  
 Serpere, & illustres ad calum attollere flam-  
 mas,  
 Atque ignes fumo inclusos erumpere magnum  
 In tonitru, longeq; leves volitare favillas.  
 Vt quoties ferri candentem forcipe massam  
 Corripit, & crebro feriens faber ingruit ictu,  
 Emicat in tenues scintilla volatilis auras.  
 Territus hoc visu somnos ac somnia rupit,  
 Ac divina dies tulit in libamina septem.  
 Septima lux jerat, noctemq; aurora fugarat,  
 Quando oculos vigiles per tota trinoctia som-  
 nus  
 Corripuit, rediens confestim occurrit imago  
 Illa eadem: quae visa Patri pro munere tanto  
 Solvere suppliciter grates, ac talia fari.  
 Te duce Tanarios tandem superavimus ignes:  
 Te duce ad Aetherios tandem conscendimus axes:  
 Vive, vale: caelesti olim te in luce videbo.  
 In Picente solo collem consurgit in altum

Terra, duos amnes inter, quæ respicit Umbros  
 Et Boream, summis demissa Potentia saxis  
 Labitur: Austrina quæ sidera prospicit ora,  
 Defluit ab alto veniens Saravalle Chientus:  
 In dorso Macerata sedet, post bella Gothorum  
 Edita, & ex priscis Recina generata ruinis.  
 Hic habitans, aliquando sui crudelia fratris  
 Funera, qui in gladios, & in arma hostili  
 casu

Inciderat, cum rescisset, prece Numina flexit,  
 Ne stygiis raperetur aquis, ne aeterna subiret  
 Supplicia, infernos neu transferretur ad amnes.  
 Irremeabilibus numquam rediturus ab oris,  
 Addidit & precibus jejunia longa, gravesq;  
 Excubias, & ter decies revocavit ad aras  
 Orgia, Lucifero cum lux albesceret orto.  
 Ecce per obscura metuenda silentia noctis,  
 Dum genibus staret fixis in marmore ad aras  
 Vox audita: Tuis precibus germane revertor  
 Liber ab inferni tenebris horrentibus Orci,  
 Iam mihi crudeles furia cadentia vincla  
 Intulerant, totusq; mihi insultabat Avernis,  
 Et sine spe damnatus eram Phlegethontis ab-  
 undam,

Cum subito effulsit clarum per concava lumen  
 Tartara, & hac lata voce insonuere lacuna.  
 Tartarei Manes vestras attollite portas,  
 Nunc rogat à stygio duci Nicolaus Averno.

Exemplò tremuere omnes furiale ministri  
 Vulgus, & attoniti piceis latuere sub antris:  
 Non aliter, quam cum simili clamore coactus  
 Reddere Trajanum, Pluto ima in tartara fu-  
 git.

Ast ego per latebras, illo duce lumine, olentes  
 Ducor, & à regnis Orci squalentibus ad sum.  
 Hac ea vox. Sed cum falli Nicolaus ab umbris  
 Crederet infernis, quibus est assumere formas  
 Mos varias, multi sc̄q; bonas deludere mentes  
 Artibus; iste timor fraternæ innotuit umbræ,  
 Atque ait: Ipse tuus, fraudem desiste vereri,  
 Frater ego sum, frater ait; latare, diuq;  
 Est memor germanæ meam curare salutem.  
 Nondum adeo superos, restat mihi pœna luenda.

Edita ab excelsis penetralibus Apennini  
 Labitur in pontum Firmi sub mœnibus altis  
 Tignia, & ad ripas ejus celeberrima quondam  
 Nominis urbs istius erat, volventibus annis  
 Diruta: sed templum superest, cui pinguia sub-  
 sunt

Pascua, lanigeriq; greges, opulentaq; rura.  
 His opibus sancti quidam de sanguine Patris  
 Nicoletici prefectus erat, qui sapius orsus  
 Ad se sobrinum blandis inflectere verbis,  
 Et vitam damnare inopem, quod lenta sequatur  
 Otia, quod gradiens aliena per ostia quarat  
 Auxilium precibus, quod erat sudore parandum

Cor-

Corporis, aut animi: nam sic, ubi condidit orbem,  
Dicitur antiquos Deus instituisse parentes.

Quippe mali Manes, studium quibus aucepit  
instar

Quarere quam vexent, adigantq; in retia pro-  
dam,

Has illi insidias, hac bella occulta ferebant.

Hinc animi incertus, dum secum multa voluta

Consilia, & dubio curarum fluctuat aestu

Non secus ac nubes, quae pendet in aëre venis

Adversis impulsæ, modò hac, modò flectitur  
illac:

Ecce chorus Superum niveis in vestibus adem

Subgreditur, stipatq; virum, cura (q; loquendo

Dissipat instabiles, mentemq; redarguit egram

Ancipitesq; animos & corda labantia firmat.

Insuper adjiciunt: Quo vis vestigia ferret

Terra Tolentinas tibi finis, & ultima sedes.

Dixit, & exilem chorus est resolutus in auram

Temporis ex illo puncto retinere beatam

Certus pauperiem, comites sua sepe monebat

Ossa Tolentino sese debere: supremam

Illic se vita partem, tumultumq; habiturum.

Pertransire nefas opus admirabile nullis

Auditum sacris, usque ad labentia mundi

Mœnia, cum totam terrarum incendia molem

Vltima corripient, longos memorabile in annos

Æger erat, febris lassos emunxerat artus,

Atque

Atque sepulcralis pallor confecerat ora  
 Hispida: dixisses, si non spirasset anhelos  
 Gutturis paulisper, gelidum sine mente cadaver.  
 Vis ea, qua in venis salit, & qua in pectore laevo  
 Palpitat, ut lampas jam jam moritura, vigo-  
 rem

Perdiderat, motuq; abiens trepidabat inerti.  
 Virificas adhibere dapes, medicina jubebat,  
 Pabulaq; exilem reparare potentia vitam.

Ergo coturnices, ut mandat Apicius, assas  
 Attulit impigri manus officiosa ministri.

Ille autem solitus semper frenare palatum,  
 Ac genium fraudare, cibus contentus inemtis,  
 Horruit has epulas, & detestanda putavit  
 Prandia: mos longis sic illum affecerat annis.

Accedunt praecepta Patris, cogentia vesci  
 Pinguibus, oppressa tanto in discrimine vita.

Quid faciat nescit: mens agra, quid eligat ho-  
 rum,

Cogitat. hinc angit sancti reverentia Patris:

Hinc pia suscepti premit observantia voti.

Angustatur, uti quoties Symplegades inter

Navita transibat, tum cum concurrere ventis

Flantibus impulse, naveq; arctare solebant.

Sed Deus impactum Syrtem miseratus in istam

Solvit, & ex altis traxit praecordia curis.

Nam pluit in volucres plumas, animamque re-  
 pentè

Resti-



Restituit; mox illa alas movère recentes,  
Et simul excusso salièrè per aëra disco.

Quà via visa, volant, speculisque ferunt  
apertis

Aërium per iter. Pater, & quæ plurima fratrum  
Turba aderat, tuiti grandis miracula casus,  
Obstupuère, oculis non conniventibus, ore  
Attonito, voce amissâ, manibusq; supinis.  
Hac igitur tantâ moti novitate volucrum,  
Multimodis sancti Patres sermonibus illam  
Consumpsère diem: memorant portenta paratam,  
tum,

Vt quæ Niligenis Moses ostenderat olim,  
Cum novus arenti factus de vimine serpens  
Prodiit, & subito latis ostenta magorum  
Faucibus invasit, grandeq; absorbit hydra  
Et, cum purpureo maduerunt omnia nimbo  
Gramina, & è puteis emanavère cruenti,  
Infandum, latices: cum tres sine lumine Solis  
Ire dies vidit tellus Ægyptia, quando  
Omnia rura Deus dedit erodenda locustis,  
Et, cum tetra domos omnes examina musca  
Aëraq; infesto perturbavère volatu:

Cumq; super viso nuper certamina casu  
Orta forent, quo vita modo revocata volucrum  
Tam subito: num fortè avium post fata  
perfit

Spiritus, in veteres qui sit revocabilis artus.

*Præses ad adstantum cuneum sic protinus orsus,  
Sunt qui crediderint animas pecudumq̄ homi-  
numq̄*

*Nil differre, simulq̄ mori cum corpore: quidam  
Esse immortales omnes, & corpore solum  
Dissimiles: nostras autem, quia corpora nactæ  
Optima sint, fungi officiis melioribus ajunt.  
Atq̄ alias membris contrâ nitentibus ire  
In pecudum mores: minus has, vehementius  
illas,*

*Vt variis natura modis intrinseca finxit  
Instrumenta animæ, fieriq̄ animantia muta.  
Propterea veterem rediisse in corpora credunt  
Vitam avium, sua rursum animis in membra  
reversis.*

*Sed ne multa mover frustra, ne tempora perdã,  
Quando cadit jam sera dies & sidera surgunt,  
Ista senis Samii, Calabros qui dicitur olim  
Incoluisse lares, & magni nominis artes  
Invenisse novas, deliramenta videntur,  
Vana, indigna quibus prudens accomodet au-  
res.*

*Sanctior est igitur nostrum sententia Patrum,  
Qui differre putant animas ut corpora: nostras  
Esse immortales, alias occumbere fato.*

*Hac autem volucrum fecit miracula magnus  
Ille opifex, cui rerum omnis natura ministra est:  
Qui vitas habet in manibus veteresq̄, novaq̄;  
Qui*

Qui reparare potest fracta, & nova condere  
membra.

Ista suos docuit Praeses grandævus alumnos.  
Convalluit tandem: sed cū nil pendere  
corpus

Fervida mens assueta foret: cū parere incipit  
Nesciret genio seris jam frigidus annis,  
Tempore post parvo rursū procumbit, & acri  
Labitur in morbum, toto sc̄q̄ affligitur artus.  
Mens invicta manet: cupit ad delubra recurere  
Fert egrē, gemit, & lacrymat, quōd strata cubilia  
Membra vetent pietatis opus: sua namq̄ solent  
Prandia partiri in miseros, turbamq̄ famelicis  
Clām promo-condo superanti pascere pane.  
Hoc animadvertens penoris cui cura, ferentem  
Triticæ aliquando dapēs deprendere lecto  
Tempore constituit. tum candida bruma

## Alpes

Hibernabat; humus sterili sub frigore lenta  
Otia ducebat pigrum pertusa Decembrem.  
Occurrens igitur, gremio quid ferret onusto,  
Postulat; ille rosas (spiravit in illius ora  
Hac responsa Deus) dixit se ferre recentes,  
Et gremium solvens, roseos, mirabile! flores,  
Quales ferre solent Pestana rosaria, cū venisset  
Provocat ad carmen volucres, ad gramina car-

pos,

Protulit: extemplo diffusus in aëra nidor

Naribus applausit, sacriq; oluere penates.  
 Hoc opus, hoc ingens studium pietatis honore  
 Duxit honestandum tali Deus arbiter equus.  
 Praeses id admirans, homini praecepit apertum  
 Esse penus, pascendi inopes permissa potestas.

Tum Regina decem nutu qua temperat orbis  
 Inmixto utroque polo, clementia cuius  
 Fina caret, magno pressam languore senectam  
 Despiciens, illo, quo spem facit omnibus, ore  
 Descendit celebri Divum stipante catervam.  
 Hic erat Hipponis Pastor, primordia gentis  
 Qui tulit istius Pater Augustinus, Olympo  
 Tantis apud Superos, quanta inter sidera Luna,  
 Et juvenem mater qua deploravit alumnium  
 Tot lacrymis, verita aeternos ne incurreret ignes.  
 His comitata senis thalamos adit, ac tenebrosa  
 Noctis inane chaos praelato illuminat igne.  
 Agmina ut agnovit senior caelestia, morbo  
 Proslit evicto, membris dominata repente  
 Invalidis mens est, ut proxima numina sensit.  
 Verum Reginae imperio se in strata recepit  
 Risus, & ipsa virum sic est affata jacentem.  
 Care senex, quid te tantis mœroribus angis,  
 Postquam lasciva cecidit calor ille juvena,  
 Et senio frigente Venus sedata quievit?  
 Dandum aliquid genio: licet indulgere parum  
 per  
 Somno, epulis, laxanda auro sic lora senili,

Vt primæva ætas gravibus frenanda lupatis  
 Femina qua vestris laribus vicina, calenti  
 Triticeam furno Cererem tractura, canistrum  
 Fert humero; panē (nec sit mora) mitte ministrum  
 Qui ferat, & sacrata super dic verba: subter  
 Vescere: confestim pulso sanabere morbo,  
 Quem tua tartarei misere in viscera Mænarum  
 Sic potes insidias, sic vim depellere Averni.  
 Dixit & integram sic est largita salutem.  
 Hunc post fata senis morem tenuere nepotes:  
 Nam simili ritu Cererem sacrare quot annis  
 Et plebi donare solent, cum sancta reverso  
 Natali sunt festa die: medicamine tali  
 Morborum genus omne fugant: sic Dæmones  
 arcent:

Sic steriles curant uteros, serpentina sanant  
 Vlcera, restituunt oculos: sic fulmina pellunt,  
 Aërias tempestates, irataque sedant  
 Æquora, deprensos servant à turbine nautas,  
 Ceteraque humana cohibent incommoda vitæ.  
 Functus erat morbis, atque ad sua prima  
 versus

Acta senex, quando Lemures coière superbi  
 In campos, ubi sub vastis prostrata ruinis  
 Vrbs antiqua jacet, fuerat cui Salvia nomen.  
 Magna theatrorum superant vestigia, moles  
 Marmoreæ, quas exedit cariota vetustas.  
 Arma Tolentini, tenuit qua Salvia quondam

Nunc retinent cives, agroq; fruuntur, & urbe.

Huc duce Mercurio, Iove praesidet tota coacta est

Conjurata cohors Larium: mox Iupiter orsus.

Quamquam nostra gravem tulerint antiqua  
ruinam

Regna, tamen superant comites; coalescit in  
horas

Imperium magis, atque magis: res publica  
Christi

Labitur in nihilum, sensimq; extinguitur ar-  
dens

Illa fides, primis qua nos exterruit annis.

Et quamquam possit gens relligiosa videri

Progenies Christi, quia sacra volumina vol-  
vunt,

Nil tamen hac nobis à relligione timendum est.

Ore Deum, non corde ferunt: de turribus altis

Æra sonant Christo: ventosa tonitrua nobis

De nebulis, caloq; tonant. Meminisse potestis,

Christigenum quoties puppes submersimus alto;

Grandine frugiferos quoties delevimus agros,

Peste greges, nemora & silvas Aquilone coman-  
tes,

Bella quot orditi fuimus, quot grandia regna

Abstulimus Christo, dedimusq; Scythiisq; Ara-  
bisque.

Si dicas, templa ædificant, pinnacula calo

Educunt: fateor. quo se sublimibus illis

Nobi-

Nobilitant tectis, niti probitate solebant:  
 Immodicâ verò nunc ambitione feruntur,  
 Ac livore, odiis nunc immortalibus ardent,  
 Dant Baccho Veneriq; operam, Roma ipsa le  
 panar

Reddita, femineo Petri domus oblita luxu  
 Ad stygios olet usque lares, incestat Olympum  
 Nidore hoc, facta est toto execrabilis orbe.

Fidite consortes regni: sperate reverti  
 In decus antiquum: major penuria Christum

Quotidie premit in terris, minor exit in horum

Ille habet Europam: nobis est Africa, nobis  
 Quae longè lateq; patent Asiatica regna.

Ille habet ardentis faculas, altaria, fumos:  
 Nos animas, qui templa ejus majora gubernant

Qui insipidis ejus sacris vescuntur, eduntq;  
 Azyma liba, nihil Christum, nil orgia pendunt

Mortales animas credunt, Pluonia rident  
 Regna, nec expectant ullam post fata Megara

Dic animadvertat Petrus, qui janitor Aula  
 Dicitur illius, quot per sua limina gressum,

Quot per nostra ferant animas: fortasse pudet  
 Proventus exilis eum. latissima nobis

Horrea, & in grandes messis consurgit aceruus  
 Nec solum de plebe homines collegimus, intrant

Nostra Sacerdotes, & qui sublimia mitrant  
 Tempora, primates orbis, gemmata ferentes

Ornamenta, murus auro, argentoq; corusca,  
 Atq;

Atque senis Priami venam irritare potentes,  
Nostra inquam portis in regna patentibus in-  
trant.

Si quos Christus habet, si quos in retia mittit,  
Sunt imâ de face hominum, de plebe profunda:

Qualis hic insanus, qui tot labentibus annis  
Nos risit, nec cessat adhuc: caelestia tecta  
Ambit, & in nostras sibi jus quoddam arrogat  
umbras

Mentis inops. Vulcane veni, mandata capeffe.  
Nostra hodie: tu namque Lares regis atque gu-  
bernas,

Qui cacis habitant specubus, sub montibus al-  
tis;

At nos aërios: nostri versutiâ, & astu  
Decertare solent; tua plebs vi, robore, & armis.

Attriti longo nostri certamine cessant:

Fessa Venus, victa est Pallas, Cyllenius artes  
Arguit invalidas: nemo est qui in retia phocam

Hanc adigat: bos hæc comites fugat Indica  
nostros.

Ultima spes in te est, caussam hanc Vulcane ani-  
mosus

Suscipe: si tantus labor est, evertere totum,

Vi nequeas, afflige solo; fac verberare multo

Clauicet, atque tuos gressus imitetur eundo.

Hæc saltem in monstro hoc nostri monumenta  
relinque:

H

Clau-



Claudicet, & Divos non experiatur inertes.  
 Hanc operam largire Iovi: te semper in omnia  
 Magnificum Divos omnis reminiscitur atas.  
 Tu mihi formasti flammam in fulmina semper,  
 Et facis ut metuar: tua dextera condidit arma,  
 Quae dedit Aeneas mater, quae mater Achilli:  
 Hoc opus adstanti Divum largire corona.  
 Iupiter hac: opus aggreditur Vulcanus iniquum  
 Strenue, & assumis triginta infamibus vir-  
 bris,  
 Quae solita in tenebris caetas habitare cavernas  
 Advolat in thalamum senis, & delubra per-  
 grat,  
 Exploratq; domos, instar latronis opaco  
 Tempore consueti nocturna instare rapina.  
 Tum pater angusto duo testamenta sacello  
 Percurrens, sanata modis Thobiana legebat  
 Lumina mirificis, & versabatur Olympo,  
 Missus in excessum mentis. stomachatus am-  
 Mulciber has curas (sic ipse ferebat) & iram  
 Percitus ardenti concussum verberare multo  
 Sternit humi, crudoq; fremens sermone minatur  
 Se fore perpetuo exitio, nulla s'q; daturum  
 Ad requiem pausas, pugnamq; indicit atrocem  
 Ille autem, sese Lemures nil pendere Christo  
 Auspice respondit, nec formidare Satanum  
 Insidias: illos potius debere Tonantem  
 Formidare, manū cuius tremit omnis Avernus.

Transferat jam nona dies, & vespera calo  
 Coeperat ardentis stellas aperire sereno.  
 Ad solium se vertit opus, meditatur honores  
 Atque potestatem Superum, qui sidera certis  
 Aeternum ordinibus faciunt insurgere ab ortu,  
 Tendere ad occasum, versoq; occumbere mundo:  
 Unde oritur nox atque dies: qui ingentia norunt  
 Corpora nunc ultra Aethiopes deflectere ad Au-  
 strum,  
 Nunc Boream versus Rhyphaum attollere ad axem:  
 Unde resultat hyems, aestas, autumnus, & ipsum  
 Ver geniale, novis quod det primordia rebus,  
 Atque breves longiq; dies, & tempora frugum.  
 Hac meditans secum voces prorupit in istas.  
 O infelices Larvas, quas muneris hujus  
 Reddidit expertes veteris petulantia fastus!  
 Nec dum finierat. Summo de culmine lapsi  
 Ecce Lares adsunt, & misso in lumina saxo  
 Lampada confringunt. simulant animalia voce:  
 Audires ululare lupos, rugire leones,  
 Clamosas grunnire sues, certare canendo  
 Teſtivagos feles, ductam de naribus auram  
 Ringere mordaces catulos. per culmina motis  
 Imbricibus cursant, saliant; ruitura videntur  
 Teſta: Lares agitat vesania tanta protervos.  
 Constet ut ex minimis Larvarum insania rebus  
 Maxima, ridiculum facinus subjungere fas est.  
 Vt sarciret acu tunicas, in frustra resolvit

Plurima, deposito veniens ad humillima fastu  
 Munia: Vulcanus proles Innonia tentans  
 Irritare senem, flavamq; accendere bilem,  
 Surripuit partem, bibulaq; abscondit arenâ.  
 Sollicitus dum frustra senex ablata requirit,  
 Secum ait; Ille mihi studet hoc imponere furto,  
 Ille inquam, cuius spurcum pudet edere nomen.  
 Audiit hæc tenui latitans Vulcanus in aurâ,  
 Atque ait indignans; Fateor, furti istius auctor  
 Ipse ego: priscorum tibi me collegia Divum  
 Prefecere: dies in sollicitudine, noctes  
 In mœrore trahes, & ero tibi malleus atrox.  
 Tu tibi malleus es, senior respondit, & istis  
 Ictibus æterni semper cruciabere luctus:  
 Ast ego Calitibus fidens, molimina vincam  
 Hæc tua, & evadam Lemurum scelus omni  
 tuorum.

Sic pater. Impatiens ira Vulcanus in auram  
 Transit, & indignans montes discedit in vates,  
 Quos habitare specu piceo fert fama Sibyllam.  
 Moverunt patribus dubiâ hæc spectacula mentes,  
 Quæ potior natura foret, Lariùmne, hominior  
 ne?

Nam si tanta malos vexat dementia Manes,  
 Quanta nec humanas mentes; quid credimus  
 ergo

Natura melioris eos? sine corpore forsitan  
 Esse Lares dices; nos autem noxia membra

Ferre: sed & nostra vivunt sine corpore mentes,  
Nec tamen aequales Laribus concedimus illas.

Si dicas prestare oculis, & sensibus illos,  
Ac motu membrorum agili, rapidoq; volatu:  
Sic quoq; præcellunt volucres, Hyrcanaq; tigris:  
Sic aquile, vulturq; rapax, & odora canum vis:  
Nec tamen has pecudes nobis prestare faten-  
dum est.

Quod si morte carent, etiã cum corpore juncta  
Morte carent anima: quod si, quia plurima no-  
runt,

Vis illos præferre homini sapientiã & astu:  
Id conferre potest longa experientia vita,  
Quã Lemures pollent, ut qui sine funere vi-  
vunt.

Ingeniis etiam nostris, hac caussa parentes  
Antiquos sapere, & vires cognoscere frugum  
Fecit, & ex victu potuisse arcere salubri  
Canitiem, longumq; dies producere in ævum.

Nos autem prestamus eo, quod sancta veremur  
Numina, quæ Lemures, tanta est insania, taxãt.

Quod cali speramus opes, & Olympica tecta,  
Quæ nequãt sperare Lares: quod vertimur ipsi

In melius, postquam nos inconcessã libido  
Legitimo de calle gradum deflectere fecit:

Illi autem sine fine jacent in sorde sepulti  
Perpetuã, nec pacto ullo resipiscere possunt.

Quarebant tali patres indagine verum.

Cum subito Primas litem hoc sermone diremit:  
Omnia, per varias species quæ sparsa vagantur,  
In Laribus conjuncta manent, & plurima red-  
dunt

Excellens unita genus. Quod numina taxent,  
Quod jaceant in sorde, facit non indiga sen-  
sus

Vt pecudum natura rudis, sed iniqua volun-  
tas,

Ac vetus improbitas, & inextricabilis ille,

Qui meruit tantæ noctem caliginis, error.

Finis hic: hæc motam clausit sententia litem.

Est aliud dignum scitu, mirabile visu,

Quod transire nefas: quoties regionibus illis

Ingruit ulla lues devastatura colonos,

Vt bellum, vel dura fames, vel pestifer annus,

Qui modò convulsi sunt à thorace lacerti

Antè monent, cladi sçq; ferunt ostenta futura:

Nam toties sudare solent, imbremq; cruentum

Fundere. Sic sanctus, quacumque pericula fati-  
est

Declinare, pater patriis depellit ab oris

Continuò: verum quod inevitabile telum est

Nuntiat, ut sevam minuat prudentia sortem.

## LIBER TERTIVS.

**I**N sublime apicem nox intempesta levabat  
 Aequali occasum fugiens discrimine & or-  
 tum:

Ecce senex properanter adest ad limina templi  
 Erectis in calum animis, & in atria Divum.  
 Nec longè Vulcanus abest: sed idonea nactus  
 Tempora dat signum famulis, & sibilat acri  
 Voce sonans, pugnamq; ciens: illi agmine facto  
 Assiliunt alis pernicibus, atque seniles  
 Allidunt telluri artus: ille impiger, etas  
 Quantum longa sinit, sordentia pulvere multo  
 Membra levat: rursùm Lemures majore tu-  
 multu

Corripiunt hominem invalidum, pulsanque,  
 trahuntq;  
 More canum, quoties damam rapuere fugacem.  
 Ille animi compos submisso verbera tergo  
 Sustinet, ac tacitus recolit crudelia Christi  
 Vulnera, & Antonî plagas, indignaq; Paulli  
 Flagra, catenati crepitantia vincula Petri,  
 Et tormenta anime, qua sustinuere potentes.  
 Assurgit rursùm in plantas, atque increpat altè  
 Voce Lares: audita domum vox illa per omnem,  
 Auditi strepitus, dum fit concursus ab altis

Ædibus in templum. plebes Vulcania rursùm  
 Sublatum à tellure senem durissima jactat  
 Inter saxa minax, & cornibus ingruit uncis,  
 Naribus exspirant ignes, atque ore favillas:  
 Sicut in Æneis solet exspirare caminis  
 Igneo ad incidem sudans ardore Pyracmon.  
 Iam comites adsunt, inopem que in tecta repor-

tant,

Atque manus adhibent medicas, liventia olivo  
 Terga limunt, verbiq; patrem solantur amicis.  
 Ille ubi convaleuit paulùm, licet in validum crus  
 Claudicet, arrepto redit in delubra bacillo,  
 Iam senio, & jugi Lemurum certamine fra-

ctus.

Venerat extremos vitæ mortalis ad annos,  
 Multaq; quotidie mortis præfagia, multa  
 Ac miranda Deus fama laudiq; futura  
 Signa dabat, quæ corde pater defixerat alto.  
 Sapius in somnis astrum, flammamq; comantem  
 A patria tellure sua transire videbat  
 Vsq; Tolentinum, sacramq; accedere ad aram,  
 Ipse ubi consuevit summo libare Tonanti  
 Assidue, & manibus superos orare supinis.  
 Lumen idem vigilanti etiam seseq; ferenti  
 Ad templum toto radians apparuit anno:  
 Præcedebat enim sancti vestigia patris,  
 Ac sidens altare super, quasi maxima lampas,  
 Mobilibus flammis plures ardebat in horas.

Sapè

Sapè quoque in somnis obversabatur imago  
Turbarum undatim venientum, & dona feren-  
tum

Ad delubra, suo quæ sunt modò clara sepulcro:  
Votaq; cernebat toto suspensa sacello.

Omnia quæ solitus fido recitare sodali,  
Esse verebatur Lemurum figmenta, volentum  
Talibus illecebris captam deludere mentem.

Sic ut ob id, quod sapè patrem vidisse relatum  
est,

Pontifici visum Eugenio, qui rettulit illum  
Divorum in numerum, flammâ signanda ca-  
manti

Pectora, mirifici casus memorabile signum.

Per totum semestrem polo cum Lucifer exit,  
Primaq; per tacitas exendit lumina terras,  
Sine obitum, summo cantus audire solebat  
Æthere, & erectis vigil ad melos auribus, il-  
lud

Stabat, ad Eoi solis jubar usque reversum,  
Tantaq; cum dulci stillabant gaudia cantu,  
Ut grave membrorum, quæ dilabuntur in horas,

Fastidiret onus, cuperetq; evadere vite

Tædâ mortalis, finemq; imponere longo

Exsilio, tandemq; epulis accumbere Divum.

Ultima sub vite fugientis tempora summum  
Præfectum alloquitur, perque omnia numina:  
supplet



Obtestatur, eo in tumultum post fata peracta  
Componi sua membra loco, quem ostendens  
astrum.

Esse id iudicium Superum, sic velle Tonantem  
Dixit; & ex illo numquam removenda sacella  
Fatidico monuit morti jam proximus ore.  
Prætereo (quia multarum me copia rerum  
Vincit) ut invenit latices, & idonea fonti  
Seu puteo loca, quæ nulla ars invenerat antè;  
Viq; salutare fecit, quas repperit, undas.  
Nam medicamen habent, & adhuc potantur  
ab agris.

Vt prece sustinuit templum, terramq; ruentem,  
Cum patet scrobs alta gravem fecisset hiatus,  
Et movisset humum, quæ fundamenta ferebat:  
Vt prece restituit lychnum, quem Mulciber alis  
Fregerat assumtis, aquila sub imagine totas  
Pervolitans ades, sanctiq; habitacula patris.  
Vt tenuem victum miseratus, crescere fecit  
Pauperis annonam vidua, frumenta q; sacco  
Multa gravi; verbis ut tot curaverit agros,  
Quot numerare labor. nobis dicenda super-  
sunt

Funera, & innocua venerabilis exitus umbra.  
Venerat extremam vita securus ad horam  
Exiguo languore jacens: fuit ipsa senectus  
Morbus, & exhaustis ætas jam frigida mæbris  
Præcipit acciri comites, quæ nomina Fratrum

Fecit amor, dulciq; ligans concordia nexu.  
 Et sic fatus; Ave fratrum dilecta meorum  
 Concio, praesertim tu mi sanctissime Praeses:  
 Viximus, ut nostis, totos concorditer annos,  
 Et breve concessi tempus decurrimus ævi  
 Vnanimis: hujus Christo, qui muneris auctor,  
 Solvimus immensas aeterna in sacula grates.  
 Advenit mihi summa dies, consortia cogor  
 Linqvere vestra, suum pietas divina repescit  
 Deposita, nobis opus est astare Tonantis  
 Ante thronum, vocemq; ejus perferre tremen-  
 dam,  
 Qua calo, & terris auditur, & aequore, & Orco:  
 Vestrarum mihi ferte precum suffragia fratres,  
 Et memores estote mei: si forsitan umquam,  
 Vt fieri in vitâ solet, imprudentia lasit  
 Vos mea, fraterno veniam impertite dolori:  
 Et date, quæ Stygios mihi sint munamina contra  
 Larvarum incursum, solito mysteria ritu  
 Sacrosancta, nihil trepidans audebit acerbos  
 Mens istis protecta armis transire per hostes,  
 Qui nostrum remorantur iter, qui retia tendunt  
 Semper, & objectant quæcumq; repagula possunt.  
 Sic senior: stentes illi mandata capeffunt  
 Ocyus, & sacra veniunt in veste ministri  
 Lumine præmissso bini, pæana canentes.  
 Vt chorus expleto stetit ante cubilia cantu,  
 Et novit venisse Deum: surrexit aperto

Vertice, & incumbens genibus sic ora resolvit.  
 O sacrum, quod scire nefas, quod cogimur omnes  
 Credere: sola fides etenim mortalia corda  
 Degustare facit, qua sit tua maxima virtus.  
 O miro divina modo persona figuris  
 Invelata novis, & in hac abscondita formâ  
 Visibili, Deitas homini conjuncta sub isto  
 Orbe brevi: quam nec calum, quod sustinet  
 astra,  
 Circuit: ô magno major substantia mundo!  
 O rerum divine opifex! quem terra, fretum-  
 que,  
 Quem Titan, quem Luna suum, quem stellifer  
 axis  
 Prædicat auctorem: qui cum dominaris Olym-  
 po,  
 Factus es in terris, dictu mirabile! pauper.  
 Te nostri te fecit amor tentare labores,  
 Tædia, & ærummas hominum, tormenta, nec-  
 cemque,  
 Infamem crudamque necem: tu sanguino lento  
 Funere dignatus nostra succurrere sorti.  
 Hic te tantus amor talem, si dicere fas est,  
 Quid deceat Regem non est advertere passus.  
 Tu Deus es, te sceptrâ decent, insignia tanti  
 Imperii: sed tu ratus, es regalius esse  
 Subiectos curare, tuis succurrere: regni  
 Signa, quibus nostri reges utuntur, & arma.

Negli-

Negligis, & pietas visa est insigne superbum.  
Tum quoque cum domitâ velles ad sidera  
morte

Tendere, ne tua gens penitus te orbata ma-  
neret

(Sic miranda fuit pietas tua) tradita virtus  
Est homini, quâ te in terras deducat Olympo.  
Sic dignaris adhuc hominum succedere te-  
ctis,

Teq; ipsum nostris epulandum apponere mensis.  
Ergo ades ô sancta quondam sanctissime Mar-  
tha

Hospes, & his membris animi s'que illabere no-  
stris.

Sic ait, & misso sacrum sermone recepit.  
Cuncta ministeriis ubi sunt solemnibus acta,  
Ferte, ait, huc Christi, precor, huc victricia  
ferte

Signa, quibus Stygios Manes, & Tartara  
vicit.

Cruce erat eximii cultus, argentea vera  
Theca crucis, partes cuius concluderat olim  
Ipse laborato magnâ ambitione metallo.

Vidit ut allatam, calcem complexus in ulnus  
Traxit, & admoto lacrymans ita rettulit ore.

O lignum, antiqui quod prædicere parentes:  
Vnde orta est humana salus, cui tangere Chri-  
stum,

Cui perferre Deum licuit, quod sanguine sacro,  
 Cui Deitas unita fuit, Regnator Olympi  
 Lavit, & aeterno patiens affectit honore.  
 Tu comes ejus eras, quando reseravit Acon-  
 num

Et nostros eduxit avos: cum pervia tandem  
 Fecit clausa prius nobis mortalibus astra.  
 Te trepidant Erebi Manes: te totus adorat  
 Orbis: ad imperium duce te sanctissima ve-  
 nit

Progenies Helena: Romam tua fecit imago  
 Ad Christi transire jugum, qua sub Iovis  
 quondam

Vixerat, & Laribus longo serviverat aeo.  
 Supplicium miserorum olim, modo nobile si-  
 gnum

Imperii, Regum & populorum insigne super-  
 bum.

O felix & fausta dies, quae protulit illud  
 Germen humus: tu nata simul cum matre  
 Tonantis,

Tu succedis ei, tu sanguinis illius heres.  
 Sic fatus, lacrymis intonsa rigantibus ora.  
 Interea dum sollicito turba anxia fratrum  
 Itaque rediitque gradu, & suprema proximus hora  
 In thalamo currit solus Nicolaus agonem  
 Fortiter, ecce sonat vox exaudita per omnem  
 Lata domum: qualem reddit qui jubilat ore.

Nec loquitur. Tum magna Parens cum prole,  
Paterq;

Augustinus ei sese ostendere, vocantes

Ad superos caelestem animam terrena perosam.

Sic paullo mox ipse pater confessus amœnis

Subridens oculis, & mente arcana volutans

Quæ audierat, quò toto animus se ardore fere-  
bat.

Latitia impatiens igitur properanter adesse,

Qui sacros canerent hymnos, mandavit, & in-  
ter

Esallentes divina choros modulamina leto

Mens abiit vultu, Divisq; adjuncta recessit.

Nil opus est nobis ejus portenta referre

Morborum circa omne genus, circum aëra, cir-  
cum

Fortunas, & fata hominum contraria, circum

Æquora: nam Divinum nemo est, qui pluribus  
umquam

Claruerit signis à tempestate recentum

Christigenum, fidei qui fundamenta fuerunt,

Tempus ad hoc; nec habent ejus miracula fi-  
nem.

Affidue fluit hac virtus uberrima, tamquam

Fontis inexhausti veniens de gurgite flumen.

Sunt qui tercentum referant ostenta relatu

Digna legi: sed nulla potest vigilantia in unos

Contrahere annales, totum quæ facta per orbem

Hactē-

Hactenus: incertum est, & inexplorabile, quamquam

Insudare velis, totoq; assurgere nixu.

Quodque magis miror: nam que hæc res ardua plusquam

Conari natura queat, mortalia plusquam

Corda hominum sperare ausint, nisi cognita virtus

Spem faceret: rerum annales post fata recessus

Tot memorant animas rursùm in sua corpora facta

Iam tumulo, cum jam inciperet procedere pompa

Funeris, ut dici possit præfectus Averno,

Et solo Manes nutu revocare sepultos,

Atque tribus leges quas vult imponere Patris.

Hinc dubitant qui scire volunt mysteria Divinum,

An Deus infundat rebus vim calidius, unde

Conari hæc ostenta queant: an protinus ipsæ

Vi sibi servatâ faciat, quæcunque videntur

Humanis miranda oculis, & surgere Manes,

Extemplo sanari ægros, considerare fluctus,

Atque procellarum ventos, lapidosaq; solvi

Nubila, ab obsessis Lemures excedere membris.

Sed labor affluxit divina arcana volentium

Rimari, & studium in ventos evanuit audax.

Nam qua scire vetat Deus, explorare nefandum  
est.

At quia reliquia (nam quod post fata relictum  
est,

Reliquiis nostri nomen posuere) nec omnes,  
Nec semper curare solent: extrinseca virtus  
Forsitan est, labi à solo consueta Tonante.

His ita decursis pro Religione, supersunt  
Arma, quibus calum soboles Matricia tangit.  
Quippe, velut celebrant Romam, populosque  
Latinos

Scipiadum, & gentis Fabia mavortia facta:  
Sic huius splendor generis Picentia regna  
Irradians leuat è tenebris, & in aethera tollit.  
Orta Tolentini domus hac praclara tetendit  
Latiùs illustrem longinqua per oppida famam,  
Atque per ora virum volitans penetravit Iberos,  
Ivit ad Euphratem, Boream peragravit & Au-  
strum.

Longa patrum series, usq; in prisca illa recedens  
Saecula vetustatis, cuius vestigia nusquam  
Iam superant, prima abscondit primordia gen-  
tis.

Vivebat stirps illa prius, quam gloria tantum  
Spargeret ista recens lumē: ceu tempore brumae,  
Cum deservit hyems, sine fronde & floribus  
arbor

Vivit, & exspectat tepidi bona tempora veris.

Non



Non clarebat adhuc : erat in radicibus omnis,  
 Quae tulit egregias, postquam labentia calo  
 Sacula venerunt, fruges, abscondita virtus.  
 Primus in hac Heroum acie Nicolaus in an-

ram

Venit, agens secum Martem, metuendaque  
 Martis

Instrumenta, tubas, & tympana, quadrumque  
 dumque

Arma, quibus frontem, lumbos, & pectora cin-

gunt.

Scuta etiam, longasque sudas, tentoria, curru,  
 Et tormenta gravem muris latura ruina.

Nec solum sortitus erat consortia Martis,

Qui solet ardentem nimis in certamina ferre  
 Sed Pallas consueta gradu procedere lento,

Ac frenare animos, & jungere viribus artem,

Semper erat conjuncta viro, cum bella gerer-

bat.

Imperio primum Romanae praeclitus aula

Magna sub Eugenio gessisse negotia fertur.

Nam magno tunc are merens genus omne Lat-

tinum

Implicuit gravibus bellis, quasi Romulus ab-

ter

Otia detestans, rigidiisque exercuit armis.

Roma sub hoc sibi visa genus spectare Cethe-

rum,

*Torquatium, & Decios, & vi sublata Camil-  
lum*

*Signa reportantem, Curiosque, & Larte super-  
bum*

*Ac spoliis Cossium, Fabios, & magna Quiri-  
tum*

*Nomina, qui in pugnam patriis pro legibus  
abant.*

*Illi aded fuit ante oculos reverentia legum,  
Et commune bonum, gemini que peritia Mar-  
tis*

*Scilicet illius, paci qui antiquitus intra  
Maenia, & illius bello qui praefuit extra.*

*Sed neque tota viri potuit clarescere virtus,*

*Italiam bellis tunc involventibus omnem:*

*Quippe ubi Mars regnat, neque fas, neque iura  
loquuntur.*

*Tum Veneti contra Insubres, Insubria con-  
tra*

*Tuscorum populos, asperrima bella gerebant,  
Arva que belligero flagrabant omnia motu.*

*Tum Genus furor Alphonsum nova regna pe-  
tentem*

*Contudit: ingentem meminit Cajeta tumul-  
tum,*

*Qua classem ex alto concurrere vertice vidit:  
Hispanum hinc, illinc Ligurem, salientibus  
undis*

*Cum*

Cum fremeret magnis totum clangoribus  
aquor.

Eugenium verò neque respirare sinebat  
Tot casus fortuna ferens. Germanica regna  
Concilium gentes ad Basiliensem vocabant,  
Pontificemq; ipsum : quem seditiosa Columna  
Factio correptis Romam exturbaverat armis.  
Græcia Romanas longo qua tempore leges  
Oderat, ad nostros cupiens accedere ritus  
Tota aderat cum Rege suo, qui litora circum  
Ægeum, Ioniumq; fretum diffusa tenebat.  
Post Grajos venere Syri, gens proxima ponto  
Sidonio, magis expositi Borealibus astris.  
Venere Armenii ; tellus Aquilonia contra  
Sidere sub cancro residens, Garamantas, &  
ustos

Æthiopas, quos astra premunt antarctica, mi-  
sit.

Has mirata fidem gentes occurrere in unam  
Tot populos vidit, tantas Florentia lites  
Audiit, & magnis regnorum interfuit actis.  
Hunc Veneti, quibus est sollers in rebus ager-  
dis

Ingenium, grave iudicium, prudentia, casus  
Qua scopulo velut ex alto circumspicit omnes,  
Militia fecere Ducem, summumq; Magi struunt  
Continuò velut in celebrem productus arenam  
Corda ferens generosa leo, qui fronte superba

Rege

Regaliq; supercilio considerat hostem,  
 Colligit ingenii vires, se se excitat ipsum,  
 Atque tot excelsis, quot habet sacer ille senatus  
 Ardet respondere animus : res ardua & in-  
 gens,

Cui possunt pauci esse pares : nam parva tueri,  
 Et fines proferre, labor durissimus inter  
 Tot Reges, qui rem Venetam circum undique  
 claudunt.

Imminet à Borea Caesar Germanica secum  
 Arma vehens, & Pannonii gens aspera bello.  
 Gallus ab occasu, cui sunt latissima regna.  
 Parthenopes autem Reges dominantur ab Au-  
 stro,

Quæ tellus Hispana subest, Sardoaque, &  
 Æne

Insula, & Italia quidquid Diomedis ab oris  
 Tenditur ad ripas rapidi procul usque Truenti.  
 Quodque magis terrere potest, consinia tan-  
 gunt

Hinc Otomanorum regum, qui litora Græca,  
 Atq; Asiatica tenent; illinc Arabumq; Syrumq;  
 Creta subest Turcorum oculis, maris ultima  
 nostri

Insula : Sidoniis Cyprus contermina regnis,  
 Qua Sultanus habet rex immanisuetus, &  
 atrox,

Et populi nos illi omnes odere, Deumq;.

Cer-

Cerne quibus curis opus est, quo pectore, quam  
Viribus: Alcides isto sub pondere, quamquam  
Hesperidum nemus, Antaeum, regemque trifur-

mem

Contuderit, quamquam vastarit Pergamam,  
vam

Linqueret, & posito fessum se diceret arcu.

Cuncta tamen praesenti animo Nicolaus ad  
guem

Maturavit, uti fors & natura poposcit

Temporis ac rerum. nunc praesentabat Achillem,

Nunc Fabium, Pyliumque, senem; sed jugiter An-  
gum.

Transiit ad Tuscos pro re mutare coactus

Consilium: nec enim possunt insistere semper

Nostrea eadem, sic mos homini, vestigia plantae.

Tum velut in saltum Nemeae, silvamque, Molortia

Illa lues famosa leo, Lernamque, paludem

Hydra ferens longis septem cervicibus ora,

Rura Arno pratenta ferox intraverat anguis,

Qui vorat infantem nudum; timidaque per ardua

Ibat, & incessu sinuabat terga superbo.

Anguis erat dux Insubrum, Ligurumque, Philip-  
pus,

Grandia mente agitans, & non contentus arva

Imperio, Tuscos longam obsidione premebat.

Et similis valido, qui fortia robora querit,

Cum quibus obluens explorat cornua, taurus,

Vesti-

Vestigabat opus, nervos ubi tendere posset.  
Tunc habuit Medicem trepidans Florentia Co-  
smum,

Ere, clientelis, astu, ac sermone potentem;  
Auspicio cujus populi utebantur Etrusci.  
Hoc duce Romanis igitur Nicolaus ab armis  
Solvitur extemplo, Tyrrhenaq; transit ad arma,  
Atque init imperii consensu insignia magno.  
Exsultant Lydorum animi, qui maxima quon-  
dam

Regna ministrabant usq; ad Benacida gentem,  
Vsq; ad Parthenopes agros, Campanaq; rura  
Trans Tyberim, per Picentum montana, per Um-  
bros,

Ante Fluentinam miles quàm conderet urbem  
Sylla tuus, cui post factum Florentia nomen.  
Continuò turmas equitum, peditumq; maniplos  
Discutiens, posuit Tyrrhenas ordine gentes:  
Nec secus adversos paucis congressibus hostes  
Terruit, ac timidus anates, fulicaq; palustres  
Exterrere solet, quoties Iovis armiger uncis  
Vnguibus, & rostro stagnum circumvolat unco.  
Vici, arces, castella, urbes jam mœnia pandunt:  
Iam portis exire audent, errare per agros,  
Et qui prada prius fuerant, pradantur, euntq;  
Vltro laceffitum clausos in mœnibus hostes,  
Et raptis passim exuviis sua damna rependunt.  
Oppida communi dudum squalentia luētis

Ex-

Exsultant, hostemq; procul letantur abactum,  
Sed fortuna viro toties blandita, repente  
Induit invidiam: quia consummata videbat  
Omnia, qua aeternam poterant producere lau-

dem,

Et quia se virtus tanto jaetabat honore,  
Ergo infensa Duci, vultuq; irata maligno  
Venit ad Insubres, & sic affata Philippum est.  
Res tua apud Tuscos, qua jam vicina triumpho  
Pridem erat, adventu Nicolai impulsam relabi  
Coepit, & in nihilum tendit: ceu lampadis au-

dor

Mobilis emuncto sensim tabescit olivo.

Hic opus est Nicolao alio. si venerit, omnem  
Ipsa operam tibi polliceor, fraudabitur hostis  
Spe sua, & in casses virtus cadet irrita nostris.  
Hic opus est Nicolao alio. nec plura locuta est.  
At quid opus multis? quae fors Heroas ab an-

nis

Sustulit antiquis, hunc sustulit. Adspice qua-

lem

Turnus, & Aeneas, prolesq; Evandria Pallas,  
Romulus, & frater, Marius, patrioque super-

bus

Imperio Caesar, qualem Pompejus, & audax  
Hannibal interitum, qualem Telamonius au-

jax,

Pelidesq; tulit, qualem fortissimus Heros

Am-

Amphitryoniades, odio Iunonis & astu.

Sic perhibet genus omne hominum, sic omnia  
clamant

Sacula, Fortuna gravis est odio saq̄ virtus.

Insidis igitur captus post mille triumphos

Claustris in obscuro squalentem carcere vitam.

Hic dum vita comes (tam religioſa, piensq̄

Coraviro) Nicolai tibi delubra locavit

Magnifico sumptu: bis sex ubi sacra frequen-  
tant

Insignes pietate viri, noctesq̄ diesq̄

Calituum Patri laudem modulantur ad aras.

Cum verò Eugenium portentosa audita move-  
rent,

Vt patrem hunc Divum in sortem numerumq̄  
referret,

Iſte, ut festa suo fierent celeberrima ritu,

Quinquaginta auri libras & quatuor huius

Centulit in sumptus operis, regalia dona.

Hac anima in calum dos est satis ampla reverse.

Stipes hic extenta faciens umbracula fronde,

Quanta solet quercus longis altissima ramis,

Arui, & moriens tanta cum laude reliquit

Progeniem trinam: quarum quæ maxima natu

Christophorus, Venetis patri successit in armis.

Hic qualis, quantumsq̄ foret, si cernere tentas,

Ipsum cerne patrem: non degeneravit ab illo,

Ille idem vel major erat: monumenta supersunt



Plurima : nec titulis opus hunc ornare pan-  
nis.

Nec micat ut stella splendore à sole recepto:  
Sed veluti sol luce suâ, qui clarus & ardens  
Surgit, & accenso noctem depellit Olympo.  
Testari Verona potest, nec Brixia tanti  
Est oblita ducis laudes, & fortia facta.  
Cinxerat has urbes durâ obsidione Philippo  
Malleus Italia, semper se vivere paratus,  
Atque inferre gravem magnis cervicibus  
ictum.

Omnia qua Mavors solet intentare, labores,  
Terrificos casus, rerum dispendia, frugum  
Detrimenta, famem, morbos, incendia,  
tes

Perpessi ciues, cum vitâ & corpore funditis  
Ducebant praeclarè actum, & super esse  
bant.

Lux subito tales tenebras patientibus orta  
Continuò positis hoc in discrimine rebus  
Castra movet Ductor, totisque effulgens  
agris

Ingens armatorum acies, auditaq; passim  
Classica, & horrifico montes sonuere boatu.  
Insubres metus acer agit, per rura ferunt  
Præcipites, tamquam nubes Aquilonibus  
Etæ.

Cingite gramineâ victori tempora fronde,

Qui colitis ripas Athesis, qui flumina  
Mella.

Stet claro, illustri que loco sublime tropaeum

Cum spoliis: isto virtus Heroica cultu est

Digna: triumphales labor hic sibi postulat ar-  
cus,

Insignes etiam ludos, quos vestra quotan-  
nis

Posteritas celebret mansuro in saecula ritu.

Sicut ad Alphai ripas celebrare solebat

Gens magno Pisae Iovi, Nemeae Lyncur-  
gi

Archemoro, Portune tibi tota Hellas in Isth-  
mo.

Pro meritis Veneti tantis insignia patres

Oppida Taurisii, campis contermina Sili

Donavere Duci. mox tot splendoribus au-  
ctum

Clausit honorato mors immatura sepulcro.

Alter Ioannes tanto dignissima patre

Trogenies, sub Francisco qui Sfortiadarum

Maximus evasit, teneris incepit ab annis

Discere militiam, duroque assuescere Marti.

Ipsa inter primos Aquila sub moenibus altis

Ductor erat, quando Brachium Franciscus ad  
urbem

Subdidit, & quando victis Picentibus ivit

Ad Venetos are ingenti conductus, & illis,

Vix puber licet esset adhuc, tamen utilis  
mis,

Iam tunc in rebus clavum & magneta regem est,

In subrum cum pro populis post fata Philippi Marte fuit,

Sfortiades Venetum fregit, regna illa  
tem

Vsurpare dolo, patria s'q; redegit ad undas: Quam

Cum dedit in pradam castris adversa sep- tellus  
tes

Arma Placentinos, urbemq; recepit, & agrum Hebr-

Denique cum factus Princeps in regna Phi- Quem  
lippi ferro

Venit, & est summam rerum dititione potius. Semper,

Sfortiades juvenem per tot discrimina veni- Quidq;

Consilio, sermone, fide, belloque potentem, hastam

In signire aliquo praestanti munere adortus, Ant arc-

Committio nate, & generi decoravit honore. Tindaric-

Sic Picena domus tot magnificata triumphis. Tribia v-

Venit ad Insabres, & Sfortia signa secuta. Tana vir-

Postquam contraxit tanto cum principe  
clum quam

Tale, senatorum Praeses letantibus urbis. Luc ex t-

Classibus, & sacro patrum applaudente. Memiaq;

tu. Mulo, pin-

Protinus evasit: tandem, ut maturuit atq; Quiq; si-

Ultima, caelesti moriens successit Olympo. La etas

Nicetei proles, Baldus, si res sitis annos, Timis,

Tertia, si granaes animos, & fortia facta. Sim habi-

prima, sub armigero, stellis nisi bredere vapum  
 est,  
 Philippi Marte satus fuerat, sic testabatur imago,  
 illa velle studium, sic arma dies crepitantia totos.  
 Prælia nec tanti, nec dulcia pignora tanti,  
 Quam acrem pendebat equum, quem Punica  
 tellus, quem Tagus Hesperius mittit, quem Thracius  
 & agrum Hebrus,  
 regna quem Calabri saltus: rigido manus aspera  
 ferro  
 semper, & assiduâ tinctum ferrugine pectus.  
 Quidquid eques niti, quidquid pedes ense vol  
 entem, hastâ  
 Aut arcu, jaculisq; potest, audebat, & ipsos  
 honore Tyndaridas levibus poterat prævertere plantis.  
 triumpho vicia vicisset, si tempestate tulissent  
 secuta virum præscâ: vicisset Olympia, quam  
 incipere quam  
 hic ex toto pubes concurreret orbe:  
 Miniaq; & ludos Nemeæ: decorandus olivâ,  
 Malo, pinu, apio, feruis potanda Latinis  
 Qui biberet dignus Romano absinthia ritu,  
 Quisq; suam fractis intraret mœnibus urbem.  
 illa etas tot clara viris, tot splendida rebus  
 vicinis, & tot bellorum exercita motu,  
 non habuit Mavorte parem. plerique feruntur  
 Præcipuis hominem tentare armis, quos prætinus egit

Præcipites, velut imbellem sine sanguine  
bam.

Si danda Saniis aures ambagibus essent,  
Sicinius Dentatus erat, vel fortis & audax  
Progenies tua Sordellus Cadmeia Manto.  
Namque per Europa populos Sordellus & vir  
Iovit bella gerens, totoq; rediit ab orbe  
Victor ut Alcides: decus hac tibi Mantua  
tum.

Nec minus à Baldo veniens Antonius, armis  
Quàm pater impendit studium: meminit  
Calabri,

Ipsa Dicarchei meminere litora ponti:  
Nam ducis Alphonsi, qui rex post fata parentis  
Parthenopen tenuit, miles fuit, omnia securus  
Quæ faciunt Heroa ferens, sublimia corda,  
Ingenium præstans, solidum, patiensque labo-  
rum

Corpus, ut Æacides Pyrrhus, quem sustulit  
gos:

Vt Tydeus, & qui vidit stygia aquora  
seus.

Est locus Italia prærupta Ceraunia contra,  
Sub quibus est Aulon duplici contermina p[ro]  
Dicimus Hydruntem: via quæ brevis, aqua  
ripas:

Angustante suas, est ad Dodonea regna.  
Ingruit hæc clades, nostris horrenda diebus:

Qua nisi concursu facto praecisa fuisset  
Ante recens gangrana pedem quam figeret al-  
tum,

De nostris actum regnis erat: arma repente  
Miserat huc magno Turcus molimine, & urbem  
Ceperat, ac totos complerat milite campos.

Perculit Italiam subitus pavor: ingemuerunt  
Montani Allobroges, in quos velut aggere fracto  
Ista lues Italica erat incursum subactis.

Venit in auxilium fidei cum navibus altis  
A Ligurum populis Fulgosus origine Pau-  
lus,

Venit & Alphonsus secum, velut alter Iason,  
Delectos Heroas agens in praelia: quorum  
Vnus erat nitidis radians Antonius armis.

Hic terris, pelagoque ingens utrimque tumul-  
tus

Factus, & arserunt funesti incendia belli.

Implevere cavas congesta cadavera valles,  
Et fumante solo cruor in vicina cucurrit

Aequora, & humano rubuerunt sanguine flu-  
tus,

Usque ad Corcyra cautes, Lilybaeaeque saxa.

Vrbs profligato tandem sibi reddita Turco,

Venit Aragonii rursus ad consortia regni.

Gentis habens decus ante oculos Mairicius He-  
ros,

Visus in his bellis contra Machometida turbam

Accepisse novas vires, & Tydea, Pyrrhū,  
 Ajacem valuisse unus: nec enim fuit usquam  
 Turbine qui tali premeret, qui fulmine tanto  
 Sterneret audaces Saracenicā semina Turc.  
 Talibus Alphonsum meritis Antonius emit:  
 Emit & aeternum, quod non delebitur umquam  
 Nomen apud celebres rigidi Mavortis alumnus  
 Ut bello, sic pace bonus: non aspera tantum  
 Arma gubernavit; sed dum regnavit Arago,  
 Dum sceptro illius gentis fortuna pepercit,  
 Praefuit & populis, doctus componere mores,  
 Et tetricas animo leges condire paterno  
 More Numae, plebisque graves sedare tum-  
 tus.

Dum gradior meditans per nomina clava-  
 rorum,

Hujus gentis adest decus immortale suorum  
 Iam Franciscus, agens magno duo nomina  
 unum

Omine: nam fortes postquam pervenit ad  
 nos,

Dicitur Heroum vires habuisse duorum.  
 Hic Baldo sobrinus erat: hunc vidimus ipse,  
 Cū foret Italia summis de rebus habendum  
 Consilium, Romā missum, Sixtiq; ferentem  
 Ad magnos mandata duces, qui bella gerebant  
 Adversum Venetos, urbem adventare Cre-  
 nam.

Concilii locus iste fuit ; Ferraria verò  
 Causa mali fuerat : populos involverat ar-  
 mis,  
 Dum cupit aligeri fauces evadere Marci.  
 Munus id ut magnâ cum majestate peractum,  
 Romulei Martis grandes suscepit habenas.  
 Tale magisterium, titulos Ecclesia tantos  
 Tunc homini Romana dedit, quem scire vide-  
 bat  
 Pacis & armorum formam, moderamen & ar-  
 tem.  
 Officio tandem functum, cum Teutonius arma,  
 Lite gravi super agrorum consinibus ortâ,  
 In nova compulsus rueret de montibus altis,  
 Conducere virum Veneti : sed fata dederunt  
 Talibus eventum bellis tristem atque cruentum.  
 Nam cum sorte pari gentis duo sidera nostræ  
 Occubere simul, duri duo fulmina Martis:  
 Scilicet hic, & tu nostris Roberte Camœnis  
 Deplorate satis ; fati cum nuntia Romam  
 Venit fama tui : nam tunc ego templa tenebam  
 Trans Tiberim : flevi misero tua funera cantu.  
 O funesta dies, quæ vos atrociter ambo  
 Sustulit ! infaustis lux annumeranda diebus !  
 Quos veteres fasti reprobant, quos aspera fe-  
 cit  
 Infames fortuna : velut quæ perdidit uno  
 Tot Fabios bello, vel quæ Thrasumenia vidit



*Pralia, Cannarum exitium, Trebiaque vici-*  
*nam,*

*Alliaci lacrymas, infandaq; funera, luctus.*  
*Vestra Italix virtus erat arx: erat ardua m-*  
*les*

*Externas contra gentes, quas nostra quotan-*  
*nis*

*Contra regna odii furor immortalibus arma.*  
*Vos flevère hostes etiam: Germania vellet*

*Non licuisse sibi tantum: neque gloria, vestro*  
*Qua venit ex fato, grata est victoribus ipsis.*

*Sed Martis facit ista furor: crudelis Enyo*  
*Quid faciat nescit, donec fecisse dolendum est.*

*Fecistis saltem genus immortale: redundat*  
*Hoc decus, in vestros hac gloria tanta nepotes.*

*Plura, nec ignoro, memorare propaginis huius*  
*Facta, viros plures, qui prateriere, manent que,*

*Fas mihi: sed virtus tantum pertaxa laborem*  
*Deficit. hoc specimen satis ostendisse: cha-*

*racter*  
*Omnibus unus inest: alii discantur ab istis.*

*Quippe alix gentes aliquos habuere: sed om-*  
*nes*

*Hæc tulit illustres; nec aruita degener artis*  
*Vllus adhuc generis tanti de sanguine venit.*

*Nec credas armis tantum valuisse, Gigantum*  
*More, quibus sola fecerunt nomina vires:*

*Iustitiâ, pietate, fide, qua Numina nobis*  
*Con-*

Conciliant, quæ nos retinent in pace, valebant  
 Tu verò, cui nobilitas antiqua Ioannes,  
 Cui nati, cui res opulens, cui fama, decusq;  
 Multimodum, quamvis ea, quæ tua prima ju-  
 ventus

Eximiâ cum laude tulit, dimiseris arma,  
 Non minùs es felix: nec enim secordia rupit  
 Hanc operam. Fortuna fuit, quæ regna guber-  
 nat,

Quam damnare nefas: magni Fortuna To-  
 nantis

Est ancilla; Dei nutum cognoscit, & implet.  
 Sed tamen hoc damnum lucro meliore repen-  
 dit,

Et facit, ut claris aliquod majoribus addas  
 Non vulgare decus: nam dum tua provida cura,  
 Hac fieri monumenta jubet (cano namque  
 tuorum

Te monitore patrum laudes) bene consulit illis,  
 Et prohibet nasci tantarum obliviam rerum.

Hoc est jure tuum, quòd es illustrator avorum:  
 His titulis, splendore isto fraudabere num-  
 quam.

Adde, quòd in tanto regnorum turbine, rebus  
 Sors tibi servatis (tecum jam leniter egit)  
 Tempora, quæ gravibus studiis impendere pos-  
 sis,

Gallorum sub rege dedit: dedit otia sanctæ

Plena voluptatis, quae sunt concessa volenti  
( Quisquis is est : nam Regis amor completi-  
tur omnes)

Degere felices sine seditionibus annos.  
Et licet anguigero fueris pars magna senatus  
Sub Duce, militiâ quamquam decoreris equi-  
stri,

Non tamen ad sacros clausa est tibi semita for-  
tes.

Nam neque militiam, nec magna negotiar-  
gum

Explodit virtus : sancta verò omnia musa,  
Quae virtus concedit, amant. lege praterita-  
rum

Tempora, & annales rerum, conjuncta videbis  
Martia Pieridum studiis, & cantibus arma.  
Iulius armorum columen, qui stravit ab oris  
Hesperiiis, usque ad Tigrim, terramque fretum-  
que,

Dum gereret totum bella illa audita per orbem,  
Scribendis operam libris dabat. inter Eoos  
Magnus Alexander populos, arma inter & ho-  
stes,

Dum litui clangore tonant, incumbit Homero.  
Dum manus una tenet gladium, manus altera  
librum,

Perlegit armatus pugnas Danaumque Phry-  
gumque.

Bella suis igitur non interdicit Apollo,  
 Et sinit Aonides castris assuescere Musas.  
 Ad Martem Musasq; simul te gloria patris  
 Excitat; ipse etenim studium sectatus utrum-  
 que est.

Nam tener illustri sub preceptore Latino  
 Indulsit sermoni operam: genitore sub ipso,  
 Qui fuit armorum nulli splendore secundus,  
 Militia, & virides bellando exercuit annos.  
 Mox ubi majori jam major tempore virtus  
 Affuit; illustres animo versare triumphos  
 Coepit, & ad magnos iter est ingressus honores.  
 Sicut prima leo cum jam pertransiit etas,  
 Quam primum incuruos duris mucronibus  
 ungues

Invaluisse videt, jam non dignatur inermes  
 Debellare feras: tauros pradatur & ursos.  
 Sfortiadum princeps, qui tunc victricibus ar-  
 mis

Insubrum Dux factus erat, cum mittere Regi  
 Villet Aragonio Campana in regna reverso  
 Suppetias contra Andegavos, praefectus agendis  
 Est pater auxiliis, magnarum exordia rerum.  
 Hunc Picentis adhuc ripa meminere Truenti:  
 Fudit ubi Picenine tuas Iacobe phalanges.  
 Troja virum meminit: meminit Nuceria, quando  
 Iunctus Aragonis Gallorum ingentia castra  
 Fudit equis tribus in belli fervore peremtis.

Correpto in pugnam clypeo pedes iuit, & ho-  
stem

Sic contrivit, uti segetem solet horrida grande.

Rursus ad Insubres rediens, eques atque sen-  
tor

Protinus evasit, duplici decoratus honore.

Mox adversa virum rapuerunt fata relicto

Semine præclaro sexus utriusque: sed in te

Tota Tolentini domus inclinata recumbit.

Tu generis columen; tu viva parentis imago:

Vnde, velut quandoque nemus descendit ab una

Arbore, proveniat series æterna nepotum.

Ergo, age, sublimes animos, innataq; genti

Martia corda tua discas, ut tempora poscunt,

Ad placidum vitæ genus inclinare quietæ.

SYN-

## SYNOPSIS

## VITÆ

S. NICOLAI  
TOLENTINATIS.

## VITÆ.

1. Patria S. NICOLAI.	pag. 1
2. Parentes steriles eum à cælo rogant & impetrant.	1. & 2
3. D. NICOLAI pueritia.	3
4. Videt Christum in sacrâ hostiâ.	4
5. Fit Clericus & Canonicus.	4
6. Augustinianum habitum induit.	5
7. Ejus mira abstinentia.	6
8. Et corporis afflictio.	7
9. Orandi studium.	7
10. Linguæ continentia.	8
11. Animi demissio.	8
12. Diabolus ei per cognatum religio- sum virum insidiatur.	9
13. Cælesti viso animatur.	10
14. Sacerdotio initiatur.	11
15. Piacularibus flammis addictæ animæ eum sibi apud Deum patronum expetunt.	11
16. Earum multò maximam partem à suppliciis absolvit.	13
17. Ab inferni pœnis consobrinum suum eripit.	13
18. Orcus ei illudit.	16
19. Lucernam dæmon ei confringit: quæ divinitus redintegratur.	17
20. Vapulat à dæmonibus.	17
21. Lampas fracta ab infernali hoste iterum divinitus reparatur.	18
	22. Lu-

22. Ludos virum sanctum diabolus facit, 19
23. Iterum caditur ab Orco crudelissime. 20
24. Non tamen ideo in seipsum savire definit. 21
25. Ager induci non potest ut carne vescatur. 23
26. Perdices assas sibi obtrusas in vitam redire & evolare jubet. 24
27. Deprehensus panes mendicis ferre, eos in rosas vertit. 25
28. Miseris quibusque succurrere gessit. 26
29. Aegrotanti demon molestus est: sed animum illi facit Deipara, & morbo medicinam ostendit. 27, & 28
30. Stella eum ad locum, ubi tumultandus erat, praecedit. 28
31. Christum spectabilem; Angelos familiares habet. 30
32. Sex ante obitum mensibus caelestium musicam recreatur. 31
33. Christus cum Deipara & S. Augustino ad agrum NICOLAVM inviserunt. 32
34. Obitus sui certum diem cognoscit. 32
35. Rogat à molestiis inferni in obitu liberari, & auditur. 33
36. Sacro viatico munitur. 33
37. Ad aeterna gaudia à Christo invitatur. 34
- S. NI. 5.

## S. NICOLAI

*Inter homines adhuc degentis*

## MIRACVLA.

1. Miracula S. NICOLAI innumera sunt. 35
2. Ad ejus preces fons miraculosè salit, agris salutaris. 36
3. NICOLAUS oratione templi murum in aère suspendit. 37
4. Vultū mulieris perversum corrigit. 37
5. Ophthalmiam signo crucis curat. 38
6. Eodem cephalalgiam. 38
7. Item herniam. 39
8. Graviter vulneratum perfanat. 39
9. Cæcæ oculos perditos restituit. 40
10. Matronæ mortuos semper foetus edere solitæ, vivos deinceps promittit. 40
11. Farinam auget. 42

## S. NICOLAI

*In calum recepti*

## MIRACVLA.

1. Aqua, quâ D. NICOLAI pedes abluti fuerant, patrat miracula. 44
2. Sanctus cæcum illuminat. 44
3. Unâ nocte 45 miracula edit. 45
4. Mulier obganniens divinitus puni-  
tur. 45
5. Insanus ope D. NICOLAI ad mentem redit. 46
6. Pius



6. Pius latro præcisa Divo brachia fur-  
tus divinâ vi tenetur. 46
7. Tria in hoc sacrilegio miracula. 47
8. Sanguis, qui ex brachiis effluxit, præ-  
nuntiat Ecclesiæ tempestates. 48
9. In variis locis venerationem habet. 49
10. S. NICOLAVS mortuos xxv. vitæ re-  
stituit. 50
11. *Pacucium* submersum. 50
12. *Jacobum Faciabonum* strangulatū. 51
13. Puellam febri extinctam. 52
14. *Ioannem Petrum* occisum. 53
15. *Vanium* quendam suspensum. 53
16. Fœtum exanimem atque monstro-  
sum vitâ & formâ donat. 56
17. Infantem laqueo punitum servat. 57
18. Mulierem è feretro suscitât. 58
19. Puerum aquis mersum, parentibus  
incolumem reddit *Venetiis*. 59
20. Item *Roma* alterum. 60
21. Puellæ incurabilem morbū curat. 61
22. Apoplecticam restituit. 63
23. Dejectam in puteum servat mirabi-  
liter. 64
24. Multa simul mala ab uno tollit. 64
25. Tollit apoplexiam. 66
26. Cæcæ lumen restituit: sed dum sote-  
ria solvere negligit, tollit iterum,  
deinde iterum reddit. 67
27. Simile contigit alteri, cui venter in-  
rumuerat. 68
28. Mulier quæ beneficium acceptum  
agnoscere palàm erubuit, -palàm  
punitur, & agnoscit coacta. 69
29. Mulier à diro cancro curatur. 70
30. Sterilis fœcundatur. 71
31. Captivus à carcere solvitur. 72
32. Item

32. Item alter jam morti addictus. 73  
 33. Mercator quidam latronibus eripitur. 74  
 34. Puella à diabolicis molestiis liberatur. 75  
 35. Sanctimonialis ab obsidione infernali. 76  
 36. Et *Arimini* Religiosus Frater. 77  
 38. *Cordubam* à peste liberat S. NICOLAI. 81  
 39. *Amerinis* succurrit. 83  
 40. *Florentinis* & *Papiensibus* bene facit. 84.

## S. NICOLAI

## TOLENTINI.

## PANIS BENEDICTVS.

1. Panis sacrandi origo & usus. 85
  2. Panis S. NICOLAI mare iratum sedat. 87
  3. Naufragio periclitantes liberat. Nominatum *VVolfgangum* quendam. 87. & 88
  4. Incendia extinguit. 90
  5. Palatium *S. Marci Venetiis* ab igni servat. 91
  6. Flammantem validè ignem in *Hispanià* opprimit. 91
  7. Morbum difficilem curat. 92
  8. A Medicis depositam erigit. 93
  9. Dementem restituit. 93
  10. Parturientem adjuvat. 94
  11. Mulieri infœcundæ prolem dat. 94
12. Pue-

12. Puero panē suffocato clavum è fau-  
ce eripit. 95
13. Mentem adolescentis inquietam  
componit. 96
14. Energumenam liberat. 98
15. Curat periculosè febrientem. 100
16. Mulieris vehementem & diuturnam  
paralyfin curat. 102
17. Servat puerum à pestilentia. 107
18. Piscatoribus propitius est. 108

S. NICOLAI  
TOLENTINI  
IMAGO PRODIGIOSA.

1. Imago S. NICOLAI in Ecclesiâ To-  
lentinâ sudat.
2. Romæ manat sanguine.

F.

## CORNELII CVRTII

Cæsarei Consilarii & Historiographi  
Ord. Erem. S. Augustini,

B E A T I

Ejusdem Ordinis,

EVANGELISTA  
PEREGRINVS  
BENIGNVS  
CARVS  
THEOBALDVS  
ALBERTINVS  
HENRICVS  
FRIDERICVS  
ESAIAS

} Veronenses.

} Ratisponensis.  
Cracoviensis.



*Admodum Reverendo in Christo Patre  
Magistro,*

P. ZILIO MAVROCENO

ORD. EREMIT. S. P. AVGVSTINI

S. THEOLOGIAE DOCTORI,

EX

*Praside Provinciali, & Generalis Vicario,*

PRIORI S. EUPHEMIAE  
VERONENSI.



DEVENT *ad Te,*  
*eximie Pater, E-*  
VANGELISTA  
& PEREGRI-  
NVS, *filiu Tui. Ita dico, filii*  
*Tui: nempe, quos pio & fe-*  
*lici partu in lucem edidisti*  
*iterum; cum diu jacuissent*  
*mundo ignorabiles, celo tan-*  
*tum clari. Tuo ergo nixu vi-*  
*vunt*

vunt iterum, & jam pridem per Italiam ambulare ceperunt. Vt etiam trans Alpes peregrinari audeant, ego paedagogi vice functus sum, & Latinè eos, ut sic dicam, loquidocui. Poterunt ergo nunc universum mundi theatrum obambulare, & confidentiloqui omnibus virtutes suas in exemplum proponere. Si tamen fortasse non satis nitide quibusdam loqui videbuntur, ea omnis mea paedotriba culpa est: sed neque factum muto. Scio enim, quàm non ament phaleris verborum ornari, qui à factis illustres sunt. Rogas, ecquod didiceron expectem? non aliud, quàm beatum ipsorum con-

tubernium. Ad quod admit-  
 ti non despero; si, quod vo-  
 veo, mei patrocinium susce-  
 perint, apud supremum cali  
 Designatorem. Porro Tibi  
 hos, patri filios commendare  
 supervacaneum est: suas enim  
 partes agere natura satis me-  
 minerit. Vale Eximie Pater.  
 Scribebam Antverpia.

R. P. T.

devotus,

F. CORNELIUS CVRTIVS.

K

BEA-





Quas hîc delicias monstras MATRI AVLE  
Aternas nobis quando PVER facies:  
Ph's de Mallery fecit Ioan. Cuabbaert excu

EV  
P  
  
led no  
Veron  
imma  
immò  
sta &  
patria  
tum sp  
cum G  
in corp  
mos ha  
puncto  
bonis  
animus  
batur.

BEATI  
 EVANGELISTA  
 ET  
 PEREGRINVS  
 AVGVSTINIANI  
 VERONENSES.



Vo tempore Ezelinus omnium qui fuerunt tyrannorum crudelissimus, suorum civium sanguine ebrius, sed nondum satur, per Marchiam Veronensem, infamem juxta atque immanem stragem edebat, nati, immo à cælo dati sunt EVANGELISTA & PEREGRINVS, qui nubilum patriæ suæ statum eximio virtutum splendore illustrarent. Dixisses cum Genethiacis astra non modò in corpora, sed vim quoque in animos habere; quos eodem temporis puncto intuentia, iisdem quoque bonis imbuerent: ita utriusque animus ad eadem proclivis ferebatur. Vix in verba dimidiata blæ-

K 2      fam

ſam linguam formare, firmare gradum vix poterant; cum magnam optimæ indolis ſpem ſpecimenque darent. Ad preces jam tum ſe componere, præeuntis verba pro cum geſtu etiam ſequi. Cum ætate pietatis amorem creſcere: à puerili petulantia ad ſeria ſe ſtudia convertere, prætextatis verbis non linguam commodare, non aurem dare; denique morum quadam gravitate ceteris annis præludere. Hæc erant parvulorum etiamnum inter ſe ignotorum ſub diverſis rectoribus eadem exercitia.

Contigit deinde eos, divino, credo, inſtinctu, ſub aſpectum mutuum venire. Superi!

*O qui complexus, & gaudia quæ fuerunt!*

ætatem convixiſſe crederes, ita repente caſto amoris nexu invicem amplexati, in ſocietatis perpetua ſancta vincula coivère; parentibus, quos è primariâ nobilitate habebant, non diſſidentibus. Igitur

EVANGELISTÆ Jonathas PERGRINVS, huic ille David erat: per  
amb

amicorum fidelius, quàm quos sanguis jungit. Vnum idemque velle, & nolle ambobus erat. Velle unum, virtuti se & Deo, totos dedicare; Nolle unum, mundo aut carni auscultare. Idem Velle, parentes observare, viris religiosis assurgere, templa frequentare, rei divinæ interesse assiduò, precibus die nocte incumbere, bonas horas non malè collocare, à peccato ceu à colubro fugere, proximum & præ illo Deum amare: idem Nolle, modestiæ aut sobrietatis limites transilire, à veritatis rectâ lineâ exerrare, pueris leviculis adhærescere, sequiorem sexum oculo dignari, delicias sectari, sese amare.

Porro hæc tam clara & præclara magnarum virtutum initia, litterarum deinde splendor illustravit. Traditi in disciplinam pædagogico, Musas virgines castissimi juvenes tam propitias habuêre, ut qui morum integritate priùs, jam bonarum quoque artium laude excellerent. Ab his verò ad sapientiæ sanctioris adyta penetrare illis mul-

tò ardentissimus animus erat: sed quæ via certò & sine ambagibus eò duceret, nondum satis liquebat.

Erat extra urbis Veronæ muros sanctitatis famâ celebre Augustinianum Eremitarum cœnobium, in tutelâ Magnæ Matris. Huc quotidie itare adolescentes, monachorum alloquium ambire, frui familiaritate, deniq; vivendi sancta sibi exempla ab illis petere. Ecquem, putas, fructum tandem aliquando ferent nobiles hæ stirpes tam fœcundo rore irrigatæ? Expullulabant pietatis fragrantissimis stolonibus, protrudebant virtutum splendoras gemmas, & sanctitatis ramos toto cælo spargebant. Vidisses eos in templis jam habitare, ipsas ædes paternas in oratoria convertere, esuriales sibi ferias frequentes indicere, totas in precibus noctes pervigilare, humi aut scamno somnum excipere, cilicio carnem affligere, dignos, uno verbo, quibus cælum, quod quærebant, ad sanctiorem

vi-

vitam compendium commonstraret.

Nocte concubiâ, cum adolescentibus, domi utrumque suæ, cælesti meditatione defunctos sopor blandus occupasset, dormientibus visum cælum aperire se, diffusis quaquaversum insolitis radiorum ignibus; conspicua in eo sedere alto ex folio Deipara, & Deum Filium virgineo gremio claudere, à levâ adstare grandæva Anna, & puello blanditias facere: hæc deinde lætis in terram oculis despicere, & è laxatâ, quam gemmarum lucidi ordines distinguebant, pallâ, zonam loream educere, eamque EVANGELISTÆ & PEREGRINO ostendere, ac omnino projicere: innuere etiam, atque adhortari, hæc sibi lumbos præcingerent. MARIA denique & IESVLVS vultu blando annuere, & votum ANNÆ commendare.

Vigiles ambo tam non ingrato ostento nimiùm quantum exhilarati, gestire id alter alteri quàm primùm denarrare. Prior accurrere

rere EVANGELISTA, &, Nescis, ait, ô Amice, quo me hodie somnio Divi recrearint: & ordine, quo viderat, rem totam explicat. Attonitus PEREGRINVS; Istud me ipsum mihi per quietem Superi objecerunt. Satis inde intelligimus, quid cælum velit. Nihil opus ariolum consulere. Quid ergo nos vetat jam-nunc è vestigio ad castra S. AVGVSTINI confugere, illi-que sacramentum dicere, & baltheo (zonâ) quod nobis cælum commonstravit, obarmatos sacram militiam inter Eremitas profiteri? *Ἄμμι' ἔπος, ἄμμι' ἔργον.*

*Simul dictum, simul factum.*

Nulla properantibus mora intermissa: abeunt eodem pede ad notum asceterium; & primò Angeli verbis salutatâ in templo Dei Matre, vitæ illi sanctioris initia sua commendant: inde ad Cœnobiarchæ pedes provoluti, flagitant infimis precibus in sodalium religiosum admitti, & Eremitarum numero accenseri. Non fuit huic diu deliberandum apud suos, quibus egregia adolescentum in-

indoles multò antè satis innotue-  
rat. Enimverò parentes hic rumor  
variè afficere: dolere, quòd à se  
inconsultis abirent; gaudere, quòd  
ad Deum adirent: tandem uterque  
sibi in filiis gratulari, qui sacram  
amicitiæ tesseram usq; ad aras, imò  
in aris ipsis inviolatam servassent.

Mundo igitur res suas habere  
iusto, spiritualis militiæ rudimen-  
ta tirones nostri posuère. Pericu-  
losa alex plenum bellum erat.  
Hostes abundè multi, vigiles, in-  
defessi, acres, fidentes viribus, ple-  
rumque tamen dolo & proditio-  
ne vincentes. Antesignanus Caco-  
dæmon prior in arenam descen-  
dere, & rugitu plusquàm leonino  
totum circum implere; aciem ex-  
plicare, verbera, flagra, minas; pu-  
gnæ signum dare, & aperto Marte  
fortissimos juvenes non languidè  
invadere: at verò illis Fidei, Spei,  
& Charitatis triplex circa pectus  
æras erat, nullis inferni telis penetra-  
bile. Mundus succedere gradu pa-  
vonino, & armorum aureo fulgo-  
re velle militum nostrorum ocu-



los præstinguere : sed terga illi prudentes vertere , directis in cælum oculis. Denique vulpino astu plus omnibus metuenda Caro cuniculos agere : nostri contrà rimas omnes cautè obstruere , hostemque omnimodis excludere atque eludere. Neque tantùm vim repulerunt : intulerunt quoque. Arma illorum, preces, jejunia, cilicia, flagella, crux erant , non inania certè terriculamenta. Pugnatum acriter utrimque ; sæpe repetitum prælium : sed nunquam non victi adversarii, & dati in ruborem aut turpem etiam fugam. Porrò omnem hanc victoriam pugiles nostri soli Deo adscribebant : cujus amore incensi ita aliquando exarsère , ut eorum inter orandum vultus, flammarum insolitis radiis coruscare non nemo viderit.

In more positum habebant sub dño, humi genibus, oculis cælo flexis preces funditare. Quod eò fieri credebant omnes , ut ex præclaro illo naturæ opere, & bene ordinatâ cælorum machinâ, quam videbant,

ad

ad ejus auctorem, quem non videbant, se se attollerent, hocque religioso contemplatu à terrenarum sordium contagione purum animum, ad aeternitatis amorem erigerent. Sed majus aliud aliquid latere plerique non temerè observarunt: nam visi tum quoque extra se rapi, divinitus illustrari, & perfundi quodam veluti tenui radio gloriæ cælestis. Placuit ergo Cœnobiarchæ quærere, Ecce sub aperto cælo Numini supplicare assuescerent? Unde iste tantus eorum ardor, qui ardentis solis ignes vinceret, & brumæ glaciales ventos non formidaret. Inexpectatâ eâ quæstione attoniti tremere uterque præ verecundiâ, & quia pro imperio rogantem Præsidentem celare aliquid religio erat, frangere inviti modestiæ repagula, atque aperire tandem, quod occultum maluissent. Ajunt ergo, ita liquidò orantes, videre se aureo folio innixam cæli terræq; Dominam cum Dei suoque Filio, ponè ANNAM sanctissimam, circum sine numero

ludentes beatissimos alites, spectaculum affimile illi, quo ad religiosam Eremum pridem vocati essent: porrò his se deliciis inundatos à sensibus abire, & nihil rerum humanarum animadvertere.

Et verò quò plus de gloriâ beatorum gustabant, eò minùs illis sapiebat mundi gloriola. Vidisses eos, qui paullò antè beato Caelitum consortio interfuerant, mox infra mediastinos se abicere, ultimum domûs ministerium ambire, foco struendo ligna cædere, comportare, exportare monasterii sordes, gratuitum denique omnibus servitium exhibere.

Verùm quò se demiserunt profundius, hoc altiori præconio nomen eorum sanctior fama celebravit. Confluebant miseri ex vicinis distitisque locis, & salutem apud eos quærebant. Nec sefellit ea pietas. Linguam, oculos, aures, pedes muti, cæci, surdi, claudi illic repererunt: sani redierunt, quique ad eos ægri venerunt.

Dum virtutum hanc viam pari-

li gradu sanctum illud par amico-  
rum ambulat, percipidi aliquando  
simul eandem absolvere, ecce An-  
gelus de improvise obnuntiat, &  
EVANGELISTAM jubet sarcinas  
colligere, & ruptâ dulcis amicitia  
copulâ ad caelestem patriam pro-  
perare. Quo animo censes hoc  
nuntium EVANGELISTAM accepis-  
se? Reverâ dubio, & inter gaudium  
doloremque medio. Gaudebat im-  
pensè carnis vincula exuere, sed  
amoris non posse irrupta servare  
non leviter dolebat. Adit ergo ad  
PEREGRINVM suum, & Heu, in-  
quit, amice, nomen meum perdidisti,  
non sum EVANGELISTA amplius:  
neque enim *bonum* tibi *nuntium* af-  
fero. Amoris nostri Gordium no-  
dum solvet imminens dies, mihi  
fatalis. Ita cælo decretum est. Quid  
ad hæc PEREGRINVS? Frustrâ re-  
sponsum ab eo expectas: nam lin-  
guam ista ei vox ligavit. Immò ipse  
animus jam fugerat, nisi blando al-  
loquio revocasset EVANGELISTA,  
& fortiter agere jussisset PEREGRI-  
NVM, paullo post securum. Die  
K 7 ergo

ergo, quem cælum præsignarat, sanus vegetusque EVANGELISTA inter psallentes in choro Fratres, demittit se in genua, placideq; transit ad chorum Dei laudes perpetuò canentium Angelorum. Cum animæ suæ dimidium in cælo haberet PEREGRINVS, quid faceret in terrâ alterum ejus dimidium? Certe multò illi potius erat mori, quam morari in vitâ. Vidisses passerem sedere in tecto solitarium, gementem anhelantemq; ad suave EVANGELISTÆ sui & omnium Beatorum contubernium. Audisses eum suspirare suspiriis vocalibus, & rogare Amicum suum, amicum apud cæli Imperatorem patrocinium, impetraret liberalem sibi missionem, quò liceret jam defatigato stationem deserere, & cum rude donari privilegio æternæ vacationis.

His votis dum cæli fores assidue pullat, fatigatus tandem Deus, statuit PEREGRINO quoque peregrinationis terminum dare. Jussus ergo EVANGELISTA quiescenti se illi objicit multâ luce circumfusus:

qui subito ad notam amici faciem  
 exhilaratus, dum hianti ore verba  
 expedire conatur, audit gratum  
 ejus nuntium: Eja Amice, verus ti-  
 bi *Evangelista* nunc ecce adsum;  
 quod diu ambivisti, quam mox  
 adipisceris. *Peregrinus* esse defines  
 hodie, & patriæ desiderio portu  
 poteris, mecum deinceps futurus.  
 Simul dixit, evanuit. PEREGRINO  
 tantis gaudiis delibuto momenta  
 singula totidem dies videbantur,  
 usque dum paucis post horis Pyla-  
 den suum Orestes fidus securus est,  
 dignus sanctorum omnium amici-  
 tia.

Unus amborum tumulus fuit,  
 quemadmodum animus fuerat. Sed  
 & communia utriusque miracula,  
 quæ non vulgaria miseri illic sup-  
 plices acceperunt.

Denique cum Mars impius col-  
 lisâ armis suis Italiâ larè domina-  
 retur, sacra profanis omnia misce-  
 rentur; in contemptum religio, su-  
 pellex Ecclesiæ in prædam passim  
 veniret, monasteria cum templis  
 polluerentur, monachi quoque  
 prius

prius quàm turpi omnibus ludibrio fierent, sibi consulerent, atque in urbes ex agris silvisque migrare cœpissent: Augustiniani Eremitæ & ipsi intra Veronæ muros recepti, angustias cujusdam parthenonis, cui *S. Euphemia* nomen dabat, occupârunt, sanctimonialibus huc illic per alia in urbe cœnobia dispersis. Trãsmigrationis dies ipsi D. Euphemiæ sacer fuit, mensis Septembris sextus-decimus: quo Veronensis Præsul solenni cum pompa Fratres Eremitas in urbem & locum prænominatum induxit. Simul allata est Beatissimæ Virginis, cui *Pietatis* agnomen dare solent, illa imago, quæ ædem ingredientibus ad lævam primâ in arâ locum habet; sanctorum Benigni & Cari Augustinianorum pium opus. Adducta quoque EVANGELISTÆ & PEREGRINI, aliorumque sacra lippiana.

Haud multò pòst ædificando templo manum diligentem Religiosi, liberalem cives admoverunt. Sed perducendæ ad coronidem fabricæ

bricæ obstaculum non modicum  
 erat platea ampla & regia, quæ in-  
 tercedebat, amœnæ nobilium &  
 vulgi in estate à S. Firmo ad flumen  
 Athesin prodeambulantium deli-  
 ciæ; quòd in unum simul oculum  
 illic urbs, fluvius, prata incurre-  
 rent. Istam autē voluptatem ever-  
 sum ire id temporis, quo licere sibi  
 quidvis quivis putabat, factu du-  
 rum opus erat. Fidem fecit expe-  
 rientia. Quantum enim interdū  
 moliebantur operæ, tantum noctū  
 flagitiosorum quorundam proter-  
 via demoliebatur. Severum in ma-  
 leficos edictum promulgari de-  
 buit, quo omnes capitis periculo  
 juberentur abstinere manus à qua-  
 vis in ædem injuriâ. Neque sic ta-  
 men cautum fuit fabricæ, donec  
 lege agere licitor jussus aliquam-  
 multos in crucem sustulit. Ita vix  
 repressâ improborū audaciâ, operi  
 suo ultimam, serò licet, manum fa-  
 bri imposuerunt. Porrò liberalita-  
 tis egregiam laudem hîc *Lombarda*  
 familia promeruit, cujus ære stru-  
 cta est ara, quæ Beatorum horum è  
 geni-



genibus IESV, MARIÆ, & ANNA  
supplicantium annosam iconem  
habet, servatque eorundem & alio-  
rum lipsana inclusa in arcam, me-  
moriâ vetustâ signatam, cujus me-  
minere plures Historiæ. Multis  
post annis, nempe millesimo sex-  
centesimo & nono eadem revi-  
sit Antistes Albertus Valerius,  
recluseritque in novam arcam, & In-  
ventionis, Translationis, atque  
Repositionis tempora distinctim  
adscripsit.

Ita restauratum Beatorum cor-  
porum conditorium, sed incelebre  
& sine publico cultu fuit, usque  
dum aura quædam divina eximii  
Patris Magistri *Zilii Mauroceni*, viri  
non solum à principe familiâ, in  
quâ apud Venetos natus est, sed à  
doctrinâ etiam & vitæ integritate  
clarissimi, pia viscera tetigit, ut sa-  
crum hunc thesaurum suis ipse  
oculis examinaret. Itaque ejus jus-  
su loculi iterum reserati palam, pa-  
tribus omnibus inspectantibus, di-  
cuntur supra omnes Arabiæ odo-  
res suavem quandam fragrantiam  
ex-

BB  
exhal  
cidero  
ta fuis  
mun  
aërem  
stituta  
ris ve  
odor  
testim  
Ver  
cœpra  
magn  
que sa  
exame  
tus n  
censo  
quæst  
Unus  
ter ve  
thecar  
delam  
tes,  
nunq  
vitas  
bat.  
accen  
tum r  
quide

exhalasse : ut plerisque suspicio incideret, aut pigmenta olim adhibita fuisse, aut tum Sabæi thuris fumum excitatum, qui à vitio omni aërem purum servaret. Quæstio instituta est, sed nullum externi odoris vestigium inventum. Virtutis odoris erat, sanctitatis luculentum testimonium.

Verum quòd moriente jam die cœpta esset hæc visitatio, adeoque magna cæli lampas deficeret, neque satis paterent oculis, quæ sub examen veniebant, sacrarii præfectus moneri debuit, ut lychno accenso lucem restitueret. At ille in quæstione, aut certè in morâ erat. Unus aliquis ex religioso cœtu Pater venerandus manum in lipfanozhecâ protendit, educitque candelam, quam mirari oculi præsentis, sed cereâne an sebacea esset, nunquam agnoscere potuerunt: levitas pulveream esse potius dicebat. Cujusmodicumque ea fuerit, accensa tantum lumen dedit, quantum non fax aut tæda solet. Erat quidem Cœnobiarchæ animus pro digni-

dignitate Beatorum solennē hunc actum reddere, sed omnes omnium vires dira & diuturna lues exhaurerat; quæ non Monasterii tantum, sed rem quoque publicam graviter afflixit, familiis integris devoratis, nullâ non tactâ. Vicem ergo sumptuum, qui pro præsentis temporis calamitate fieri non poterant, religiosa Patrum pietas supplevit, quæ omni ære campano vehementius totam statim urbem excitavit: ut turmatim populus venerabundus ad sacras Reliquias conflueret; præsertim quando fluere in idem virtutem divinam quotidiano experimento didicit. Testes sunt votivæ tabulæ, quibus ara paullò post & ornata & onerata est. Eas accepit Veronensis Antistes, ut cum censurâ deinde ab ejus in omnium manus transeant.

BEATI  
 BENIGNVS  
 ET  
 CARVS,  
 VERONENSES.

**B**ENIGNVM & CARVM mira-  
 culorum splendor magis, quàm  
 scriptorum calamus illustravit. Ve-  
 ronæ ambo cives fuerunt; ut verò  
 cæli fierent, urbem se & totum  
 mundum in ætate adhuc floridâ  
 exire voluerunt. Habitabant id  
 temporis, qui sancti AVGVSTINI  
 institutum sectabantur, per sola  
 loca dispersi tuguriolis multis Ere-  
 mitæ: his se adjunxere sancti ado-  
 lescentes, & in severiorem discipli-  
 nam tradidere. In hac virtutum re-  
 ligiosâ palæstrâ diu ad sacram mili-  
 tiam & bene exerciti, singularia si-  
 bi castra posuere inter avii nemoris  
 densas latebras, in rupis excelsæ ca-  
 vo, quâ lacui Benaco imminet,  
*Malsesenium* vulgò dixere.

Illic vigiles stationem suam in-  
 ter

ter preces & jejunia tirones nostri  
 servare, nunquam arma deponere,  
 dimicare semper parati. Primam  
 pugnam secum pugnarunt; sui vi-  
 ctiores gloriosi, deinde frequentes  
 cū Inferno conflixerunt. Si quæ illis  
 data à fraudulento adversario in-  
 ducit, non hi ferias interim sibi, aut  
 Vacunæ vitiorum omnium fœcun-  
 dæ matri vota facere; sed in rudi  
 aliquo ligno manus exercere, scul-  
 pturire aliquid; usque dum felici  
 manu exsculperent illud Virginis  
 MARIÆ piū simulacrum, quod  
 non tam ab artifice industriâ, quàm  
 à raritate beneficiorum, quæ inde  
 ad miseros plurima dimanarunt,  
 magnam apud omnes habet æsti-  
 mationem.

Quæ porro BENIGNI & CARL  
 sanctitatem prodiderunt, argu-  
 menta multa taceo: ex illis unum  
 adducam palmarium, quod negare,  
 neque ipsa invidia aufit, nempe  
 firmatum Regis populiq̄e ocula-  
 ris testimoniis. Rem ita habe. An-  
 no post reparatam salutem octin-  
 gentesimo & septimo, Kalendis  
 Maii

Maii transferenda erant Divi Zenonis Episcopi & Patroni Veronensis sacra ossa ex veteri oratorio, in ædem novam, quam Caroli Magni F. Rex Pipinus sancto Pontifici excitaverat. Præsul Rotaldus cum cleri populiq; solenni pompâ prodierat, jamque succollare cœperant, quibus ea cura data; cùm, ecce, loculorum pondus in tantum excrefcere sentiūt, ut nullis viribus de loco dimovere, nedum auferre possent. Alii identidem atque alii successere; sed non conatus. Tandem ex turbâ nescio quis (Numine ita suggerente) proclamat, Deum BENIGNO & CARO Eremitis hunc translationis honorem reservasse; quod nisi eos accerferent, operam & diem illic perdituros. Deputati ergo à Rotaldo, qui in eremum excurrerent, & viros sanctos illic adesse Pontificis imperio juberent. Sed illi à cælo moniti veniunt obviam legatis, adeoque jam se Episcopo sistunt. Jussi feretro humeros supponunt, & sine difficultate obsequens sibi habent, transferuntque

runtque in ædem destinata. Inde per Eremi laudes ire tota civitas; omnium præconiis celebrari BENIGNI & CARI nomen: sed illi pestilente humanæ gloriolæ auræ sibi metuentes in latibulū se suum receptare, donec ad æternæ gloriæ immarcescibilem coronam paullo post evocarentur.

Eorum corpora vigesimo die Julii tumultata in sacello *Malsesio*, jubente Rotaldo Antistite, qui celebrem eis diem, ejusdem mensis vigesimum sextum signavit; quem vicini etiamnum festum servant. Aliquot post sæculis, anno, inquam, terdecimo supra millesimum & trecentimum Theobaldus ex Augustiniano Eremita Veronensis Episcopus sacra ossa invenit, eaque sacello magnifico honoravit: quod & consecravit solenniter anno eodem, 4. Idus Maii, reliquiasque in lapideam arcam manu suâ reposuit, additâ, qualem barbara illa tempora dictabant, Latinâ inscriptione.

B. THEO.

**B. THEOBALDVS,**  
**VERONENSIS,**  
**EPISCOPVS.**

**S**UB annum libertatis Christianæ M. CC. XLII. THEOBALDVS Veronæ nobilissimis parentibus ortus, virtutem cum lacte imbibit: hausit deinde à magistris optimis eam sapientiam, ut dubitari posset, doctrinæ in eo, an pietas excelleret. Certè utramque ita egregiè conjunxit, ut cælo dignus videretur, quem Deo militaturum ad Religiosa castra pertraheret. Et verò vocantis nutum non illibenter secutus est, nomenque Duci Magno AVGVSTINO dedit inter Eremitas, quos sub tutelâ suâ Veronæ S. Euphemia habet. Illic angustis cellæ parietibus inclusus, generosum fortemque animum contra humani generis juratum hostem egregiè probavit: sed magis publico in pulpito eloquentiam suam; quæ tanta fuit, ut sanctiorem Amphionem

L eum



eum diceret, qui non tantum traheret, sed molliret etiam saxa. Fulmen erat eius oratio, cuius igni terrebatur & quasi torrebat corda hominum: flumen erat, quo piorum pectora tam largiter rigabat, ut lacrimis per ora ubertim fluentibus rota concio maderet. Subinde ad insulam Veronensem omnium suffragiis vocatus, eam distinxit virtutum præclaris multisque gemmis; prudentiæ maximè: quæ mirum quantum in difficilibus rerum negotiis ubique enituit.

Ad conventum, Romani Pontificis auctoritate Bononiæ indicto anno nati Servatoris M. CCC. CX. cum aliis Principibus abiit: ubi rem Ecclesiæ publicam egregie curavit, & ad pacem, quæ inter Christianos id temporis miserandum in modum lacerata erat, resarciendam magnum operæ pretium attulit. Inde ad suos reversus, sacrum Virginum asceterium sub Divæ Lucie patrocinio fundavit: sanctorum Benigni & Cari sacellum *Malsp-*  
*nium* absolvit: ad Euphemianum

templum animum tantum adjecit; manum quoque voluit, cemento, calce, aliisque ad structuram necessariis jam coniectis; sed prohibuit febris imperiosa, quae eum ad caelestia Divorum templa transire iussit. Jvit autem nonagenario proximus, die XIX. aut XXVII. (historiae variant) mensis Septembris, post Virgineum partum ann. M. CCC. XXXI. Non potest dici, quantum sui desiderium reliquerit apud gregem, quem verbo & exemplo Pastor optimus optime paverat.

**L. 2. B. AL-**

B. ALBERTINVS,  
VERONENSIS.

**A**LBERTINVS postquam doctrinæ & sanctitatis opinione Italiam impleret, à Lanfranco *Septala*, qui ab unione primus universum Eremitarum S. AUGUSTINI Ordinem Prioris Generalis titulo administravit, in Angliam destinatus est, ubi Romani Pontificis auctoritate vineam Augustinianam plantaret, excoleretque. Profectus est illò circiter annum Domini millesimum ducentesium, sexagesimum, & quartum: sed &, quam nactus est spartam, egregiè ornavit. Animarum ingentem messem horreo Ecclesiæ intulit, & monasteria non pauca condidit, firmavitque solidis religiosæ doctrinæ fundamentis. Inde ad suos reversus, vitæ reliquos dies non adeò multos multâ cum sanctitate Veronæ exegit. Beatorum numerum auxil-

auxisse satis probârunt edita divi-  
nitûs miracula : unde anno Chri-  
stiano M. CD. VI. ei locus inter illos  
datus est , statq̃ue in altaris tabulâ  
ponè S. Nicolaum Tolentinatem,  
Beati prænomine & radio insigni-  
tus. Sepulturæ memoriâ ex ani-  
mis posterorum anni edaces ero-  
ferant: sed restauravit eam in vete-  
ris chori demolitione repertum  
fortuitò saxum, quod loquitur *illuc*  
(extra chorum, ad dexteram) *quies-  
cere corpus Beati ALBERTINI.*

L 3 B. HEN-

**B. HENRICVS**

DE

**BOLSANO**

SIVE

**BAVZANO,**

AVGVSTINIANVS VERONENSIS.

**B**OLSANVM in Tirolì celebre à  
nūndinis oppidum HENRICO  
patria, pater opulentus mercator  
fuit: qui, distrahentibus eum mer-  
cibus, Ratisponæ in Bojariâ annos  
aliquot, ultimos denique Veronæ  
peregit. Patre demortuo cum pin-  
guem hereditatem HENRICVS ad-  
iret, ille alios sibi heredes vivos ad-  
huc nominavit, immò fecit, paupe-  
res mendicosque; in quos omne  
suū patrimonium dispensavit, mul-  
tò avarior & cautior patre merca-  
tor, qui opes suas non velle crede-  
re aliis, quàm quos sciret fidem  
non unquam fallere, sed sortem  
certò & magno cum fœnore red-  
dere. Omnium ergo rerum jam nu-  
dus,

dus, adeoque ad iter quamvis longum expeditus, totum mundum exiit, & Augustinianis muris ad D. Euphemiae se Veronae inclusit. Decennium illic traduxit in precibus assiduis, continuis jejuniis, rerum divinarum pia meditatione; ut mundo plane mortuus esse videretur, & verè esset. Ut autem illi quoque mundus commoreretur, eò au- fugit, ubi nullam mundi umbram videret, nullum ejus levem etiam strepitum audiret. Fugit, inquam, Thoma Argentinatè, qui clavum Augustinianae navis tum regebat, assentiente, ex urbe Veronâ in fastigium vicini montis, qui S. Felicis nomen habet, caeliq̃ue viciniam habitavit. Quia verò non ignorabat se, quantò longius à mundo, tantò propius à callido veteratore dæmone abesse, qui per loca deserta ambulat; ut in communem humani nominis hostem se obarmaret, quod ad panopliam deerat, petivit ex sancti Guilielmi armamentario; scilicet, textam annulis ferream tunicam, quam nudæ semel

carni induram, nunquam deinde exiit; flagrum indidem ferreum, quo tam immaniter in sese desaxiit, ut obstupidus diabolus, & tam crudo spectaculo territus, non ausus fuerit propius accedere, aut in tam armatum virum vires suas experiri. HENRICVS ergo cum in hac ad astra non molli via per tribulos spinasque sese diu fatigasset, à Deo tandem in beatitatis rosâ collocatus est, anno salutis millesimo trecentesimo & quinquagesimo. Cadaver conditum in oratorio, quod ibidem sibi cum Præsidis auctoritate construxerat.

Anno denique supra millesimum & quadringentesimum septimo, dum urbi tuendæ munimentum in eodem monte Veneta Republica excitat, pretiosus hic thesaurus à fossoribus repertus est, & cum illo ferreum flagrum & lorica, sacræ militiæ arma, quibus Orcum oppugnavit, & Cælum expugnavit. Quod quia die S. Joanni Baptistæ natali contigit, quo etiam Veronensibus vetera confirmavit,  
&

& nova privilegia Respublica indul-  
dit, Angelus Barbarigus Eccle-  
siaz Veronensis Pontifex, & Roma-  
nae Cardinalis, supplicante civita-  
te, Augustinianâ Religione non re-  
fragante, sacra HENRICI lipsana in  
eodem Episcopali aulae contiguam,  
cui *Ioannes à Fontibus* titulus est,  
transtulit: ubi populi ingens sta-  
tim, sed Germanorum imprimis ac-  
cursus maximus fuit, editaque plu-  
rima, quae posteri hodieque mira-  
mur.

L f

B.FRI-





Non aly's TEMPLVM inuideo, mihi diuinitas  
In LIGNILE DAPES calica dextra ferat  
Phls de Mallery fecit. Ioan. Cuobbaert ex.

## B. FRIDERICVS, RATISPONENSIS.

**N**ISI vetustus in sacrae aedis ta-  
 bulâ penicillus loqueretur,  
 viri hujus sanctitatem tacerent  
 omnes annales. Nempe id ævi,  
 mutierant Eremitæ nostri, male-  
 bantque in virtutem ipsam incum-  
 bere, quàm in virtutis præconia;  
 contenti cælestibus fastis nomina  
 sua inscripsisse, tanquam hoc esset  
 satis duraturû monumentum. Por-  
 tõ FRIDERICVS erat ex classe eo-  
 rum Fratrum, qui ad nidorem co-  
 quinae, aliaque domus infima mi-  
 nisteria deputati, viliora negotia  
 obeunt: sed quæ ille tam libenter  
 ac sedulò curabat, ut cum hanc ser-  
 vitutem serviret, regnare tum sibi  
 videretur. Et verò simplex atque  
 pura obedientia cælo gratior est,  
 quàm varia & superba doctrinae  
 elegantia: ut magis sapiant, qui  
 minimè sapere videntur; cum in-  
 terim Cælites se ad eos demittunt,  
 qui

qui humi repentes nunquam se erigunt. Ad testem hunc provoco FRIDERICVM : quo tam familiariter aliquando Angeli usi sunt, ut summâ etiam hieme rosas ei attulerint fragrantés, & odore nobilissimo hortos suos, unde decerpserant, loquentes.

Ut nihil mirum sit, si pro alienâ salute anxium improvise solatio etiam recreârint. Excubabat forte ad ægrum FRIDERICVS, & victos sopore oculos connivebat, cum, ecce, à cælo beatus Genius visus est illi assistere, & cælestibus deliciis, visisque inusitatis demulcere. Ut ne inane somnium esse crederet, fidem abundè fecit ægrotus, qui à morbo liber penitus suam FRIDERICO sanitatem gratulatus est.

Illud verò maximo opere mirandum prodigium est, quod sine stupore vidit Monasteriarcha. Primum-condum agebat FRIDERICVS, & in cellam vinariam descenderat, ut Fratribus cœnaturis vinum in mensâ propinandum educeret, Epistomio extracto, & intra  
zonam

zonam condito, dum fluit vinum, vocatur à Præsìde. Ille subitò ad- volat, non obturato interim siphone ( tantum erat obediendi stu- dium) & quid se velit, quærit. Cœ- nobiarcha verò, ubi animadvertit in cingulo illius epistomium, terri- tus, ne quid detrimenti hæc incu- ria daret, parili repentè cursu cum FRIDERICO in cellam contendit, & videt rem non visam istactenùs; videt, inquam, liquorem veluti gelu forti adstrictum stare, siphone aperto. Stat itaque & ipse atroni- tus, miraturque Fratri obediendi obedire etiam non jussu vinum.

Sed promus-hic-condus inter Fratres quibus penum dispensabat, etiam mendicos numerare solitus est, quos pari cum aliis Fratribus charitate complexus, non minori cum sollicitudine curabat; ut, unde posset, cibaria eis conderet, quæ promeret deinde ad cœnobii fores, & in singulos fideliter, fre- quenter tamen clàm suo Præsìde, dispertiret. In euntem ergo, & jam panibus, quos ad mendicabula fe-  
 L 7                    rebat,

rebat, onustum offendit Cœno-  
biarcha, & morari jussum, quid re-  
rum gerat, interrogat: at ille sta-  
tim aperit sinum, ostenditque (cæ-  
lo pium ejus furtum tegente) scidia  
& assulas, in quas mirā metamor-  
phosi panes transferant: sed eas  
mox in priorem naturam reverbos  
distribuit famelicis absumendos.

Contigit deinde eum, qui esu-  
rientes tam crebrò paverat, fame  
incredibili supra modum stimulari.  
Ad lignile imperio Præfecti sui  
damnatus, ibat pedibus quidem  
non invitus, animo tamen magis  
ad ædem sacram ambulabat; ut de-  
siderium, quo ad Eucharisticum  
epulum ardebat, expleret. Quid fa-  
ceret? obedientia victimâ porior  
erat. Sed, ecce, dum securi cuneis-  
que in truncos & ligna brachio-  
rum vires exerit, adsunt ab alto  
Cælites famuli, & divinam ei spor-  
tulam, parvo in orbiculo magnum  
Virginis Filium manu suâ propi-  
nant. ut jam aliis templum non in-  
videret, quando in lignili ipsum  
cælum reperisset.

Fasti-

Fastidivit abhinc omnes humanos cibos, donec anno M. CCC. XXIX. ad Divorum mensam à Deo invitaretur, deliciis illis quotidie cum Angelis insatiabiliter deinceps fruiturus. Testimonium sanctitatis ejus dixere prodigia, quæ ad funeris ejus contactum plurima contigerunt.

B. ESAIÆ

B. ESAIAS Polonus, Ord. Erem. S. Augustini.



Theodor. Ion. van. Merlen fecit.

*Haec venio inuitus sic Te inuitante resoluē  
Haec tantum carnis vincula VIRGO mihi.*  
Ioan. Cnobbaert excudit.

## B. E S A I Æ

Ord. Erem. S. Augustini

## V I T A.

V TINAM fidei antiquæ tabu-  
las fortuitus aut malè serva-  
tus ignis non perdidisset, haberet  
abundè, quo librum, non pagellam  
unam E S A I A S noster impleret.  
Enimverò, quando jam pridem  
ipsum cum sacrâ æde monaste-  
rium, & in eo bibliothecam instru-  
ctissimam rapax flamma devora-  
vit, contenti erimus illo, quod ex  
aliis monumentis veluti cineribus  
piâ manu *Augustinus Culsus*, mona-  
sterii nostri Ilcusiensis Prior colle-  
git; idque satis nobis erit, ut ne  
totum Virum beatissimum ignore-  
mus. Ex isto ergo rivulo haustum  
est, quod hic dicemus, quando  
fontem ipsum ab infelici igni ex-  
haustum videmus.

Patria E S A I Æ urbs Polonię prin-  
ceps Cracovia est, ubi natus est an-

1.  
B E S A I Æ  
vita olim  
conscri-  
pta in-  
cendio  
periit.

2.  
Patria  
ejus &  
parentes.

no



no restaurati orbis supra millesimum trecentelimum octogesimo: parentes *Florianus Bonerus*, & *Bronislava Lanckorunska de Brzezic* è nobilissimâ veterique familiâ. Puer domi optimis statim moribus sedulò formatus, deinde in disciplinam præstantissimis præceptoribus traditus est: apud quos tam felicem in litteris progressum fecit, ut ex primæ ætatis pulchro flore sequentis fructum quivis facillè prædivinare posset. Parum juveni pio videbatur eruditionis divitem suppellectilem impensè modis omnibus conquisivisse, nisi virtutum quoque insignem thesaurum sibi compararet. Ut hæc autem à mundanæ gloriæ vano pulvere integra servaret, rebus humanis omnibus se totum abdicare, & Dei obsequio inter religiosos dicare cogitavit.

3.  
Fit Monachus.

Adlectus ergo in Augustinianam familiam, sanctioris illic vitæ rudimenta posuit: à quibus deinde penetravit in ipsa sapientiæ adyta ita penitus, ut supremo Magisterii titulo auctus, de publico statim pul-

pulpito sacram Theologiam profiteri iuberetur. Sed, ô superi boni! quàm fecit id nullo cum supercilio? quod erigere hodie nimium quantum amant quidam in scholis magistelli; ut qui scientiam promittunt, merum arrogantiae fumum discipulis suis vendere videantur. At hic noster monachum se etiam ibi esse meminerat, adeoq; debere tantò propiùs abesse à religiosâ modestiâ, quãtò longiùs omnibus aliis antistaret eruditione.

Cura illi maxima leges sanctionesque Patrum observare tam studiosè, quàm tiro olim insueverat; nihil sibi indulgens, nihil remittens unquam de pristino vitæ rigore: deliciarum fugitans, quæ viros etiã fortes enervare; qui imbecilles roborare solent, laborum amans, toleransque.

Oratio in primis chara illi, & ut sic loquar, pro cibo erat, quâ pasci & quasi impinguari videbatur. Tam ardens ad eam fuit, ut brumâ rigente excalceatus ad templum iret, perstaretque hiberno in frigore

4.  
Doctor &  
Professor  
Theolo-  
giæ.

5.  
Observatissimus  
est disci-  
plinæ Mo-  
nasticæ.

6.  
Orationi  
deditus.

gore perditus ; sæpè etiam pernox.  
 Et, si qua eum somni necessitas opprimeret, humi se abiciebat, quasi indignatus tantum naturæ inertesse concedendum. Quia verò tam multus immò perpetuus in æde sacrâ erat, creditum est à plerisque omnibus, haurire ibi eum à celo divinam scientiam, quam in gymnasio discipulis traderet.

7. Cultor B. Virginis. Singulari mancupio Virginis-Matri addictus erat : ad cuius imaginem titulo *Matris Misericordie* celebrem supplicabat de genibus frequens fervensque aded, ut sensu prorsus omni exutus, nihilque sui in se habens, sed multâ luce circumfusus raperetur à terrâ in aërem sublimis, & submisso dulcissimæ vocis murmurillo *Ave Regina Cælorum* cantillare à non uno audiretur.

8. Inter orandum à terrâ levatur.

9. Ad vilissima ministeria se abiicit.

Tam promptus paratusque ad fratrum, pauperumque obsequia, ut dignitatis ætatisque suæ immemor ad vilissima quæque officia se demitteret, volupeque illi esset abjectioribus ministeriis occupari.

Ea-

Propter quoties S. Stanislai Mar-  
tyris aut D. Salomeæ Reginae sacros  
cineres veneratum iret, mos illi  
fuit ad publica xenodochia, ino-  
piumque tuguriola divertere, iisque  
obsequium omne suum ferre aut  
offerre. Otio nunquam vacavit: &  
qui potuisset ille, qui tot in scholâ  
auditoribus satis facere, tam multa  
quærentibus respondere, tot plena  
tricarum negotia ab his, illis, pro-  
posita expedire quotidie cogeba-  
tur? Quo ille modo inveniret ho-  
ræ spatium, quod nihil agendo per-  
deret, qui ubique quærebat vel  
unum solum horæ momentum,  
quod commentando scribendoque  
in publicam commoditatem im-  
penderet? ut in miraculis quidam  
non dubitent numerare publicatos  
ab eo in sententiarum Magistrum  
multijugâ eruditione refertissimos  
Commentarios.

Hiscæ tam claris rarisque virtu-  
tibus insignis ESAIÆ cœpit tan-  
dem cœlestis patriæ summo desi-  
derio æstuarè, non tam pertæsus  
molestiarum humanarum, quas  
forti

IO.  
Nunquam  
est otio-  
sus.

II.  
Ager  
fit.

forti semper libentiq̄ue animo ru-  
lit, quàm avidus beatæ immortalitatis. In morbum ergo incidit; sed talem, quem ei omnes sani merito possent invidere. Cui enim præ optimâ etiam valetudine non placeat morbus, qui non sit nisi jucundum æternæ vitæ præludium? Quis non amet lecto æger decumbere, ad quem invisunt & solatio veniunt denso agmine Cælites? Quis non desideret laborare stomacho, qui ad perennes cælestis epuli lautitias Divorum nuntio invitatur? Meruit certè infirmus ESAIAS salvere à cæli civibus, & conviva ad Beatorum mensam vocari. Neque tantum Poloni indigetes, Stanislaus, Hiacyntus, Casimirus, Hedwigis, Salomæa, Cunigundis, aliiq̄ue sancti Patrii, sed ipsa Cælitarum omnium Regina, aligerorum Beatorum choro stipata se illi conspicuam dat, vocatq̄ue istisce verbis: *ESAIAS, te ad Filii mei convivium invito.* Eoque dicto simul omnes ex ejus oculis disparuère. O vocem exoptatam! ô plenum

12.  
D. Virgo  
cum SS.  
Polonis  
ad eum  
invisit.

.11  
1997

gau-

gaudii nuntium ! Hoc unum do-  
luit vir sanctus non potuisse ex-  
templò comitari abeuntes , & sta-  
tim cælesti mensæ accumbere. Ab  
illo ergo momento rerum mortali-  
um satur , omnia de cetero hu-  
mana reliquit, viaticusque Chri-  
stiano & Religioso more, ad diem  
edictum sese præparare maturavit.  
Fratres prius ad se accersitos mo-  
nuit de abitu suo, omnesque ad  
charitatem suavissimis verbis ad-  
hortatus, virtutum eis diligens stu-  
dium egregiâ parænesi inculcavit.  
Periculè non leviter hæc verba  
animos omnium, dubitantium do-  
lendùmne magis an gaudendum  
esset de tanti Patris emigratione.  
Tolli à se sui Ordinis decus atque  
ornamentum quid ni dolerent ?  
quid ni gauderent è suo grege  
transire unum ad consortia Bea-  
torum ? Transiit autem anno post  
natum Deum M. CD. LXXI. postri-  
die Calendas Februarias.

13.

In Domi-  
no obdor-  
mit.

B.ESAIÆ

## B. E S A I Æ

## MIRACVLA.

**E**X plurimis pauca admodum sunt, quæ Majorum nostrorum parum curiosa memoria ex tristi illo incendio servavit, & tribus verbis signata posteris tradidit: quæ pluribus hinc verbis renarrare animus non est; ne *Ad populum phalaras* quisquam nobis queat objicere.

I.

Mortuos  
plures ad  
vitam re-  
vocavit.

Aliquot vitâ functos **E S A I Æ** precibus in vitam rediisse constans annalium fides est: inter quos civis quidam Casmiriensis nominatur hoc modo jussus vivere. Fortè supplex jacebat Vir sanctus, ad eam Virginis **MARIÆ** imaginem, quam in S. Dorotheæ sacello sibi adornarat, cum illius civis, quem dixi, funus vespillonum humeris in templum inferretur, consuetis Ecclesiæ ceremoniis ante sepulturam lustrandum. Sequebantur parentes, propinqui, amici piâ prece defuncti manibus parentaturi. Jam depositum

scum stabat in feretro cadaver; ju-  
sta fieri cœpta; Requiem æternam  
mortuo Fratres cantu lugubri pre-  
cabantur: cùm nescio quis consan-  
guineorum orantem E S A I A M in-  
terpellat, flagitatque, ut è ferali ca-  
pulo surgere defunctum jubeat. At  
ille oratione tam intempestivâ per-  
cussus dum hominis importunita-  
tem verbis castigare cogitat, accur-  
runt alii, aliique: instant, urgent,  
precibus, lacrimis, & jam penè co-  
gunt ad reddendum sibi eum, què  
mors abstulerat. Victus ergo piâ  
amicorum comploratione surgit,  
eosque ad loculum prait, ibique  
genu iterum flexus MATREM MI-  
SERICORDIÆ invocat, dictoque  
*Monstra te esse MATREM*, mortui  
dexteram arripit, levatque in pedes  
hominem jam tumultandum, pa-  
rentibusque & propinquis vivum  
restituit. Successu insperato latif-  
simi omnes, gratulandi Viro sancto  
nullum modum facere, Dei lau-  
dandi nullum finem invenire.

Porro à beati E S A I Æ transitu an-  
no octavo sæpè sæpius visæ ad ejus

**M**

tu-

2.  
Ejus tu-  
mulus  
caelesti  
fulgore  
illustra-  
tur.



tumulum nocte concubiâ ardere  
cælestes faces, diemque templo  
clarum inducere. Vivunt hodie-  
que graves aliquam-multi testes,  
qui suis se oculis non unâ vice no-  
cturnum hoc ostentum spectasse  
bonâ fide dicunt.

Mira alia quàm plurima id tem-  
poris contigisse facile divinato est:  
sed quæ omnia densus incendii ci-  
nis in æternam oblivionem sepeli-  
vit. Hoc tamen quod subjungam,  
obruï non potuit, ad arguendam  
feminarum impudentem petulan-  
tiam. Anno CIO. IO. LXIX. quarto  
Idus Aprilis stabant in Beati Viri  
tumulo leviculæ aliquot mulieres,  
&, ut sexus ille naturâ suâ audacu-  
lus simul & loquaculus est, varia  
inter se & vana de nugis suis licen-  
tius quàm loci religio ferret, fabu-  
labantur. Non tulit Divus ita te-  
merari & garritu lascivo turbari  
quietis suæ locum: ecce, subita vis  
propulit lingulacas istas, & procul  
veluti fulminatas ejecit. Qui ade-  
rant, factum mirari, & credere  
omnino non nisi divinam hanc esse

3.  
Puellarum  
irreveren-  
tiam ca-  
stigmat.

in mulieres impudentes vindictam. Transeo nunc, immò transilio ad sæculum nostrum, quo & plura & certiora invenio, quæ admireremur.

Quarto Idus Februarias anno Christiano supra millesimum sexcentiesimum tertio luctabatur in vitæ agone ultimo *Ioachimus Fox* civis Casimiriensis, neque spem eluctandi videbat: gravior enim morbus erat, quàm ut viribus humanis superari posset. A numine ergo tanto malo solatium quæsit. Opem B. ESAIÆ, cujus beneficia jam olim in omnium ore fuerant, implorare placuit. Votum ei fecit, & evasit. Miraculi testimonium ille ipse dare voluit, & quod hîc vides, suâ manu scripsit, & propter aram ad memoriam posterorum adfixit.

*Religionis honor, decus immortale tuorum,  
AVRELI Magni gloria magna domus;  
Accipe quos potui Charitum decerpere flores;  
Parva solent magnis saepe placere viris.  
Ille ego sum, nuper qui (Te miserante) satiscens  
Profilui morbi de graviore malo.  
Tu mea Phlegrao rodentem pectora dente  
Fregisti Parsam Tu Pater eximie,*

M 2

N 10

4.  
Graviter  
ægrota-  
tem se-  
nat.

*Hic ego supplicibus palmis Te in vota vocavi.*

*Hinc etiam vita maxima dona tuli.*

*Hic Tibi semper agam grates, semperque litabo.*

*ESAIAS nostri Tu memor esto precor.*

5.  
Agoni-  
zanti suc-  
curret.

Non minus sudavit *Petrus Snacki*,  
ut à mortis unguibus se expediret.  
Invocaverat Medicos; sed incal-  
sum. Deficiebat animi, & jam non  
obscuris signis Libitinam advoca-  
bat. Sed meliorem illi mentem  
*B. ESAIAS* indidit, quem cereo &  
solenni sacro honorare vovit ager,  
si morbi vim fregisset. Fregit subi-  
tò: ille verò liber verè, voto quo-  
que se liberavit, & beneficii inspe-  
rati restem tabulam pro anathe-  
mate suspendit.

6.  
Mulierem  
ad plures  
abeuntem  
revocat.

Mense Februario an. *MDCCXII*.  
*Anna Niedzielanká* honesto loco  
nata atque educata, letali morbo  
implicata ad plures abire jam pa-  
rabat. Immò jam ibat: vale enim  
propinquis dixerat. Cùm verò in  
mentem illi *B. ESAIAS* venisset,  
eum quoque salutare placuit, ut  
salutem reciperet. Votum etiam  
addit sacrificii & cerei offerendi, si  
ab itinere mortuali in viam vitæ  
reduceretur. Bonum factum. Audi-  
ta

ta atque exaudita est: nam sensit illico vires sibi pristinas restitui, quas postridie experta est sibi integras esse.

Annus post secularem septimus miraculorum oppidò ferax fuit. III. Calendas Februarias *Christophorus Prawinski* Sigismundi III. Poloniae Regis tympanotriba pedum obsequio destitutus jacebat lecto defixus. Nullum consilium, nullum auxilium humanum non adhibuerat: ad divinum ergo se vertit, quod & facilius reperit, & promptius. Simul enim voto B. ESAIAM imploravit, surrexit in pedes sanos, quibus extemplò etiam uti voluit ad gratias Beato, votumque solvendum.

7.  
Claudum erigit.

Sexto post die, qui fuit nonis ejusdem mensis proximus, ad Divi nostri tumulum cum parente suo venit *Stanislaus Lazarowski*: venit, inquam, ut Sospitatori suo gratias ageret, quòd per eum non amplius cadere cogereetur. Cum enim sacro morbo, quem caducum vocant, diu vexatus fuisset, neque ulla re-

8.  
Epileptia cum ceciderat.

media, quæ Medicorum schola dicitur, puerum à quotidianâ epilepsia servare possent; pater verò tam fœdum & triste filii sui schema non sustineret diutius aspicere, promisit, si morbus eum desereret, ad sepulchrum *ESAIÆ Stanislavi* suum cum cereo voto sistere. Voti ergo damnatus, eum adduxit hodie, & ut perpetuum beneficii monumentum esset, penicillo in tabulâ expressum dedicavit.

9. Pertinacem morbum pel-  
lit. Proximo mense Martio, *Simonis* cujusdam *Cleopardiensis* uxor *Hedwigis* diuturno eoque acri morbo conflictata jam dies multos ab omni cibo abstinerat: ut mulier ad commune iter, quò mali pertinaciâ cogebat, inediâ quoque longâ urgeretur. Medici opem polliciti, operam etiam perdiderant. Maritus conjugis suæ misertus, quod ab hominibus frustrâ petiverat, à *Divis* auxilium quæsivit; reperitque ferè citiùs quàm poposcerat: postridie enim ad *ESAIÆ* sepulchrum invisit sana *Hedwigis* & mariti votum solvit.

Eo.

Eodem anno, quinto Idus Aprilis fuit *Albertus* puer, qui pectusculi angustiâ diu pressus, sensim contabescebat, id est, diu moriebatur. Mater *Anna Czapikowska* filium Divo devovit; ad cuius tumulum in ejus & Virginis-Matris honorem, mysticam hostiam offerri curavit. Ab illo deinde temporis momento puellus mori desinere, reviviscere vegetior quotidie & vegetior, denique totum & plenum esse matris gaudium.

10.  
Phtisicum servat.

Postridie nonas Maii, eodem anno *Samuel Ferlorn* aurifex & civis Cracoviensis in gravi difficilique morbo aurum suum omne dilapidaverat in Medicos, à quibus longioris aut melioris auræ subsidium non accepit; adeoque rem spemque perdiderat. Cum ergo conclamatum de se audiret, adire superos, & eorum auxilium implorare statuit. Votum concipit sepulcri invisendi, offerendi que sacrificii, si revalesceret. Dixit, sensit que se habere melius, immò optimè paullò post stupentibus Medicis, & cum

11.  
A mortis limine aurifabrū ad vitam reducit.

eo *Mirabilem in Sanctis suis* Deum  
laudantibus.

12.  
Puerum  
à nō uno  
morbo li-  
berat.

Pridie Idus ejusdem mensis *Sta-  
nislavus Golabiovski*, patri cogno-  
minis filius, non minus gravi quam  
pertinaci morbo correptus labora-  
bat septimam jam septimanam.  
Frangebant misellum inedia & vi-  
gilia: neque enim somnum oculi,  
neque cibum ullum stomachus ad-  
mittebat. Totum ei in tanto malo  
solutium dabat aliquantillum li-  
quoris. Accessit deinde cephalal-  
gia, quæ cum febre acutissimâ ita  
puerum oppugnavit, ut ambos ei  
oculos extinxerit. Cæcus ergo *Sta-  
nislavus* quærebat ad sepulcrum re-  
ctam viam: sed pater ad sepulcrum  
B. E S A I Æ cum filiolo ire voveret,  
quamprimùm ad meliorem vale-  
tudinem respiraret. Mirum & di-  
ctum & creditum! Illâ ipsa horâ rece-  
pit oculos puellus convaluitque.  
Voti reus pater cum *Stanislao* suo  
venit ad Beati tumulum, remque  
& miraculum penicillo in tabulâ  
expressum appendit.

Postridie Calendas Augusti,  
An-

*Augustino Stokloska* Casimiriensi cutem deformaverat fœda vitiligo, ut pro elephantia habetur, extra hominum consortia ablegandus. Infestaverat quoque jamdiu illum continua quædam & permolesta cephalalgia, quæ homini patientiam omnem, ferè dixeram cerebrum, excussit: ut non tam segregari ab hominibus vereretur, quam non esse omnino homo penè optaret. Ut tamen & homo esse vellet, & inter homines viveret, fecit B. ESAIÆ, qui voto propitiatus, totam ei cutem subito mundavit, & caput ægrum persanavit.

Annum *MDCCVII*. claudit dies ultimus insigni & in primis memorando miraculo. *Ioannis Salsencki* uxor *Regina* in partu difficili diu periclitata mortuum tandem fœtum profudit. Pater, materque affligi graviter, clamare se miseros, quibus denatus prius quàm natus filiulus esset; rogare cælum, ne reos se ob id agat. Spem deinde speratam in B. ESAIÆ patrocino collocant. Vovent tumulum ejus adire,

M 5

&amp;

13.  
Leprosum  
mundat.

14.  
Puerum  
mortuum  
natum vi-  
vificat.



& cereum pueri signum ad rei te-  
standæ memoriã dedicare, si re-  
vivisceret. Vix dum elocuti erant  
votum, quod conceperant; quã  
partu tres omnino horas mortuus  
jacuerat, oscitat, plangitque: illi &  
vicini exultant gaudio, & infantem  
ad baptismi fontem deferunt, atq;  
ESAIAM à Servatore nominant.

Neque minùs illustre, quod an-  
no supra millesimum sexcentesi-  
mum nono, tertio Nonas Augusti  
accidisse memoriæ testes tabulæ  
loquuntur. *Iosephi Tyranski* archite-  
cti & civis Casimiriensis filioli  
quadriennis *Albertus* ad ripam Vi-  
stulæ, qui insolenter tunc inunda-  
verat, ludebat incautus cum æqua-  
libus. Inter cursitandum præceps  
delabitur in rapacissimum flumen,  
momentoque temporis absorptus,  
amplius videri desinit. Fortè casum  
hunc funestum animadverterant  
sanctimoniales, quas *Pœnitentes* vo-  
cant, & patronum S. Franciscum,  
Monasterii tutelam S. Agnetem ha-  
bent; miseratæque infelicem pue-  
rum, humi se prosternunt, **IESV NO-**  
**men**

15.  
Submer-  
sum vitæ  
gestituit.

men ingeminant, atque opem  
B. ESAIÆ quâ voce, quâ lacrimis,  
calidè implorant. Mira res! Repen-  
tè è rapidis vorticibus puellus  
emergit, fluitatque per pontem  
supinus, donec ad ripam appulsus  
exanimis accurrentium manibus  
excipitur. Illætabili nuntio excita  
mater, à muliebribus lamētis vertit  
se ad B. ESAIAM, mortuumque ad  
tumulum ejus defert, deponitque;  
deinde rogat supplex, ut miserabi-  
lem hunc casum vertat in gloriam  
suam. Incredibile dictu, sed visu ju-  
cundissimum! Confestim, stupen-  
tibus omnibus, surgit in pedes vi-  
vos puer, vivitque etiamnum, mi-  
raculi tam insignis ambulans per  
urbem testimonium: quod, ut ne  
posterius quoque ignorarent, tabula  
propter tumulum appensâ factum  
coloribus & facti historiam literis  
exprimit.

Ne lectoris otio abuti velle vi-  
dear, dicam multa non multis ver-  
bis. *Catharina* Casimiriensis ab ho-  
spite infernali; à febrî acutâ & pe-  
niculosâ *Adalbertus* tutor Casimi-

16.  
Multos  
varii,  
morbis  
gravata  
liberat.

riensis & *Stanislaus Sulkowicz*; ab immani cephalalgia *Laurētius* Leopoliensis; *Ioannes Heler* Consul Ilcusiensis ab intolerabili odontalgia; *Anna Dorothea Zakrzewska* F. aliiq̄ue sine numero multi ab imminente morte, voto ad Divum nostrum facto quàm mox liberati sunt.

Sed pluribus memorandum est, quod anno cto. 19cx. in Domine Ascensionis pervigilio contigit.

17. Fuit *Stradomiria* in *Pœnitentium* familiâ Franciscanâ sub D. Agnetis titulo sanctimonialis, *Damiana Rogozinska* nomine, *Vice-Capitanei* Cracoviensis filia. Eam subitanea ardentissimaque febris invaserat, in quâ tam graviter totos novem dies laboravit, ut Medici salutis recuperandæ spem omnem abjicerent & moribundam abdicarent. Jam ergo sorores promptæ paratæque adstare, quæ expiranti lumina in æternam noctem clauderent. At enimverò, dum hæ vigiles excubant, *Mariana Stadnicka de Zmigrad* (quæ ad vitam illic monasticam probatus

17. Febr. periculosâ laborantem subit. curat.

batur, quam & postea professa, no-  
 voque nomine *Domitilla* dicta est)  
 dormienti ostendit se religiosus  
 quidam Frater vestem nigram in-  
 ductus, amiculum linteum (quod  
 Ecclesiasticis *superpelliceum* est) su-  
 perindutus, addiditque; *Fiduciam*  
*in se habeat*, *Damianam* pro qua pri-  
 die supplicasset, *sanitati pristina resti-*  
*tuendam, quando voto premissa, visi-*  
*tarentur duo Beatorum sepulcra, Casti-*  
*miria Divi ESAIÆ Augustiniani,*  
*Cracovia B. Ioannis Cautii, deinde*  
*Niepolomiciis in S. Caroli Borromæi*  
*ara pro infirmâ augustum sacrificium*  
*offerretur.* Postridie ergo à Mona-  
 sterii Præpositâ, & Patre conscien-  
 tiarum præfecto seriò examinatur  
*Mariana*, anné fando de hisce Bea-  
 tis aliquid aliquando inaudierit,  
 adeoque somnium hoc à Deo, an à  
 phantasiâ sit. Illa de duobus non-  
 nihil nonnunquam se intellexisse  
 falsa, de *Ioanne* verò *Cautio* non  
 plus se scire respondit, quàm si nun-  
 quam vixisset. Tum votum ex præ-  
 scripti cælestis monito publicè  
 conceptum, persolutumque est: &

ut *Mariana* non planè somniasse  
 crederetur, plenè *Damiana* conva-  
 luit. Totum inde cœnobium in  
 Divi laudem effundi, gratiisque  
 agendis nullum finem facere. Què  
 ut scribendo tandem nos faciamus,  
 dictionis filum abrumpimus, fate-  
 murque sterilius nobis esse inge-  
 nium, quàm ut verbis omnia asse-  
 qui possimus.

FINIS.

# APPROBATIO.

*Quamquam teste Plinio, historia l. 5.  
quoquo modo scripta dele- Epistol.  
ctet: sunt enim homines naturâ  
curiosi, & quamlibet nudâ rerum  
cognitione capiuntur, ut qui ser-  
munculis etiam fabellisque ducan-  
tur; Peculiare tamen aliquid prætereâ  
vita Sanctorum habent, non ad oble-  
stationem tantum, sed & instructio-  
nem animorum comparatum. Igitur  
R. admodum P. CORNELIO CVR-  
TIO, Ord. Erem. S. Augustini, Consi-  
liario & Historiographo Cesareo, vi-  
sum in primis cum eodem Plinio pul-  
chrum, Non pati occidere, quibus  
æternitas debeat, aliorumque  
famam cum suâ extendere. Id testa-  
tur tum hęc, tum aliis Historicis ope-  
ribus. Lovaniis 24. Augusti 1637.*

**F. Io. Rivius Ord. Erem. S. August.  
Theolog. Licent. & Scripturæ  
Sacræ Professor.**

APPROBATIO.


**P**romotioni devotionis serviet  
si vita S. NICOLAI TO-  
LENTINATIS lucem videat.  
Actum 7. Septemb. 1637.

*Gaspar Estrix lib. Censor.*


en.  
, vt  
Mi-  
D.  
Vi-  
ret.  
mò  
ero  
  
nfa  
ria  
  
Vin.  
73  
mi-  
.90.  
De-  
IVS  
inus  
natū  
ion  
zius  
9. &  
nat,  
alij.  
  
L. 100
















521

Th  
2365